daremus vobis ad imitandum nos. Que
quum ita ſint quis ita vel ſtultus est
vel infidelis ut putet ſe maioribus quam
debet oneribus pregravari: quum hanc
quoque menſuram nondum poſſit implere.
Interrogatio Quo quis promptus
fiat etiam ad pericula ſuſtinenda propter
mandata domini. abbas Responſio
Primo quidem ut conſideret quod et ipſe
dominus obedit patri pro nobis uſque
ad mortem: et certus ſit quod mandatum
domini vita eterna est. Sicut ſcriptum est

Tunc deinde etiam ut credat domino dicenti:
quia qui voluerit animam ſuam ſalvam facere
perdet eam. Qui autem perdiderit animam
ſuam propter me ſalvam eam faciet
Interrogatio Cum quali affectu obedi-
re oportet ei. qui nos ad opus mandati
cohortatur. Responſio
Eo affectu quo eſuriens parvulus nu-
trici obtemperat ad ubera invitanti:
vel quo affectu omnis homo ea que ad
vitam pertinent. immo et ſi quid amplius
pro eo. quia multo preciosior futura vita
quam preſens: ſicut dixit dominus Quia
mandata mea vita eterna ſunt. Sicut
ergo preſens vita conſtat in cibo panis
ita futura vita conſtat in opere mandati
: ſicut et ipſe dominus dixit Meus cibus est
ut faciam voluntatem eius qui miſit me patris
Interrogatio Quali animo debet eſſe
quis pro hoc ipſo quod dignus habitus
est in opere dei inveniri.

De gratia quam habere debemus pro eo
quod ad ſervitium dei vocati ſumus
Capitulum Responſio

Eo quo erat ille qui dicebat Quis
ego ſum domine: aut que est domus
patris mei: ſed quoniam dilexiſti me complens
per ſingula id quod ſcriptum est Gratias
agentes deo et patri qui idoneos nos
fecit in parte ſortis ſanctorum in lumine:
quia liberavit nos de potestate tenebrarum
et tranſtulit in regnum ~~charitatis~~ filii ſui
charitatis ſue Interrogatio
Quomodo debent hi qui preceſſerunt in
labore operis dei inſtruere eos qui nuper
accedunt ¶ De his qui noviter acce-
dunt ad dei ſervitutem. quomodo ab aliis
inſtruantur Capitulum lv Responſio
Si quidem corpore ad huc vegetes ſunt
: quod impigre ad cuncta humilita-
tis officia ſemetipſos paratos exhibent:
edificent eos: et formam utilem ad omnem
profectum preſtent. Si vero inferiores ſunt
corpore per hoc quod edificet eos oſten-

dentes eis se in oībus actibus uel moti
bus: uel etiā ipsius vultus dei semp
habere et cogitare presentiā Sed et in
his que ab apostolo enumerata sunt
specialibus affectibus charitas quibus
ait Charitas patiens est: benigna ē:
nō zelatur: nō agit perperā: nō inflat
nō dehonestatur: nō querit que sua
sunt: nō irritatur: nō cogitat malū: nō
gaudet sup iniquitate: congaudet aut
veritati Oīa sustinet: omia sperat: oīa
patitur: charitas nūq̄ cadit Hec aūt
oīa etiā in infirmo corpore impleri possi
bile est

Interrogacio

Si dicat quis volo apud vos parum
aliquid facere: ut proficiā ex vobis: si
oportet suscipi pater an non

De hys qui in monasterio ad tēpus vo
lunt esse quō cū ipsis agenda sit

Capitulum lvi Responsio

Domino pronūciante quia veniētē
ad me: nō eiciā foras: et aposto
lo nichilominus dicente Propter subin
troductos: aut falsos fratres: qui sub
introierūt explorare libertatē nostrā
quā habemus in xpo iesu: quibus nec
ad horā cessimus subiectiōi: ut veritas
euāgelij permaneat apud vos: cōcedi
ei quidē conuenit ingressū: ppter incertos
exitus rerū Interdū potest fieri ut per
tempus proficiat et delectet sanctitate
vite et permaneat inceptis: sicut aūt
factū frequēter scimus Sed ut mani
festa fiat veritas institucionū nostrarū
de quibus homīes opinantur: oportet
tū circa eam cautius agi et diligencius
ut siue ī veritate permaneat uel pfi
ciat: siue institucionū nrarū libertas
exploretur: probabilis inueniatur ac
pura Ita nāq̄ et nos deo placebimus
et ille aut proficiat si verax ē: aut si
simulator erubescet

Interrogacio

Si quis ultra vires vult abstinere
ita ut etiā in opere mādatorū impe
diatur: pernimietatē abstinēcie si opz
ei concedi De abstinēcia et mēsura
eius ac racione ieiunij Capitulum l

Interrogacio vera nō Responsio

Jmichi videtur cōpetenter ad
hibita nā et etiā continēcia in cibis
solā esse diximus Nā hec ab apostolo
etiā culpari inuenitur: si nō cū fide
et oracione fiat quū dicitur abstinē
tes se a cibis: quos deus creauit Sed
illā diximus perfectā abstinēciā qua
se quis a prioribus suis voluptatibus
continet Quātū aūt habeat periculi
qui voluntatē ppriā facere vult et nō
domini: certū est ex hys que apostolus
dicit Facientes voluntates carnis et co
gitacionū eram[us] natura filij ire si
cut et ceteri

Interrogacio

Qui satis ieiunat et in refectione nō
potest cōmunē cibū cū oībus sumere
quid magis eligere debet: ieiunare
cū fratribus: et cū ipsis reficere: aut
pp̄ter maiora ieiunia alios cibos re
quirere

Responsio

Jeiunij mensura nō debet cōmunis
cuiusq̄ voluntate pendere: sed
ex iussu et institucione eorū qui cō
muniter deo seruiūt: sicut et illorū
in oībus humanitas et cōsonancia refer
tur: qui in actibus apostolorū: cor et
animā vnā habuisse signatur Si
quis ergo racionabiliter ieiunat et
fideliter: etiā virtutē ut sustinere possit
peciit a domino consequetur: fidelis
est enī qui repromisit

Interrogacio

Quomodo oportet ieiunare quum
necessariū ieiuniū iniūgitur: si ali
quādo aliquid quod religio deposcit
explendū est tanq̄ necessitate an
voluntate

Responsio

Domino dicente: beati qui esuriunt
et siciunt iusticiā Omne quod ad

religionē pertinet · si nō nisi ex propo
sito et nō deuotione fiat: periculū
generat Debet ergo ieiunio sociari
deuotio Quia ergo necessariū sit ie
iuniū in talibus quibusq; causis et
maiorē: quū desideramus aliquid
impetrare a domino: etiā sanctꝰ apl's
docet: qui inter ceteras suas uirtu
tes addidit etiā hoc dicens: q'a in ie
iuniis ¶ Interrogatio
Qui nō vult uti ex his cibis ex q̄bꝰ
fratres reficiuntur: sed alios querit
recte facit pater. Responsio
Specialiter hoc ipsū relinquē cibū
contra dnī mādatū ē dicentis
Nolite querere quid manducetis aut
quid bibatis Et ut magis nos certe
tos faceret ad ea que dicebat Hec
enī oīa gentes inquirūt Sane debet
sollicitus esse his qui preest: ut im
pleat illud quod dictū ē Diuideba
tur aūt singulis sc̄dm id q̄d opꝰ erat
Interrogatio ¶ Qui dicit quia
ledit me: et contristatur si ei alius
cibus nō fuerit datus. Responsio
Apparet enī q̄ nō est fixus ī spe
illa quā et lazarus habuit: nec
de charitate eius qui preest: et tam
sui quā dūn sollicitudinē gerit certꝰ
est Verūtamē et absolute neq; de his
que prosūt permittitur vniuscuiusq;
iudicio vel volūtate aliquid agere: sed
eius qui preest iudicio: cōmittēdū ē
: ut vnicuiq; pro ut res uel necessitas
expetit consoletur Primo dum ī his
que aīe prosunt: tū deinde secūdo loco
etiā in corporalibus vsibus secūdum
dei volūtatē moderetur Interrogatio
Si vero etiā quis murmuret propter
escam · que erga eū sententia seruabit
Responsio
Ea que circa illos
qui murmurauerūt in deserto
Dicit enī apl'us Neq; murmaueritis
sicut quidā eorū murmurauerūt: et
perierūt ab exterminatore Interrogaᵒ
Si oportet eū qui plus laborat requi
rere plus a consuetudine. Responsio
Si ꝓpter retributionē dei laborem
suscepit: nō requirere debet labo
ris sui mercedē uel requiē: sed ꝑ hijs
ad promissa dnī festinare: sciens q'a
sicut pro laborib' mercedes parauit
dn's: ita etiā pro angustijs cōsolationes
Verūtamē hi qui presūt obseruabūt
regulā illā que dicit Diuidebatur
vnicuiq; pro ut ei opus erat Debet
enī vnūquēq; preuenire: ut secūdū
laborē: et solatia refectionis īueniat
Interrogatio ¶ Quali affectū
oportet recipere uel vestimentū uel cal
ciamentū qualecunq; fuerit. De vesti
mentis et calciamentis et alijs que dan
tur: quō recipiat Cap̄m lviij
Responsio
Siquidē breue aūt
grande ē ad mensura stature
sue hoc iudicare debet: sed cū oī ve
recūdia et māsuetudinē Si vero pro
abiectiori uel viliori mouet: q'a nō ē
nouū: meminerit mādata dnī dicentis
Quia dignus ē quicunq; siliciz ope
rarius mercede sua Discutiat ergo
seipsū · si digne operatꝰ ē opera dei:
et adimpleuit oīa que precepta sūt
Et tūc nō aliquid requiret: se de
eo ipso quod ei datur erit sollicitus:
quia meritū suū accepit Hoc enī
q̄d de vestimēto dictū est: etiā de oī
re que ad vsus corporis pertinet: eadē
forma obseruari potest Interrogatio
Si quis iratus fuerit nolens suscipere
aliquid eorū que ad vsū comunit̄ pbe
tur ¶ Responsio ¶ Iste talis dignus
est: ut etiā si querat nō accipiat vsq;

probet is qui preeſt: et cū viderit vi//
cīū animi curatū: cur etiā quod cor//
poris vſibus neceſſariū prebebit

Interrogatio

Si neceſſe ē omēs conuenire ad horā
prandij: eū qui remanet et poſt pra//
diū venit quō tranſigem⁹

De hijs qui tarde ad menſā uel alibi
occurrat Cam^m lij Reſponſio

Si quidā ex neceſſitate loci vel lo//
ci uel operis remāſit a comu//
ni ordine: qui p̄eſt probabit
et ignoſcet Si vero quū poſſit occur//
rere nō ſanxerit: fateatur culpā ne//
gligentie ſue; et maneat ſine cibo vſqȝ
ad illā horā qua conuenitur ad cibū
in poſterū diem Interrogatio

Pauperes venientes ad oſtiū et pete//
tes: quō et ſi debet vnuſqſqȝ porri//
gere panē uel quodcūqȝ aliud: aut
oportet hoc ad eū qui preeſt ꝑtinere.

De his que diſtribuēda ſūt a quibus
diſtribuātur Cam^m liij Reſpōſio

Quia dn̄s dixerit: nō ē bonū ſū//
mere panē filiorū et mittere ca//
nibus; ſed et canes de micis q̄ cadūt
de menſa puerorum libenter accipiunt:
is cui diſpenſatio iniūcta ē: cū cōſide//
ratione debet hoc facere Si quis autē
p̄ter illius volūtatē. hoc preſūmit fa//
cere. anteqȝ inquietus et indiſciplina//
tus cōfiteatur. vſqȝquo diſcat loci ſui
ordinē cuſtodire: ſcd̄m quod apoſtol⁹
dicit Vnuſqſqȝ in quo vocatus ē in
eo permaneat Interrogatio

Si licet vnicuiqȝ veterē tunicā ſuam
aut calciamentū dare cui voluerit mi//
ſericordie cauſa ꝓpter mandatū.

Reſponſio Dare aliquid mādati grā
nō eſt omniū: ſed eorū quib⁹ officiū
creditū eſt Sic ergo ad quē pertinet
diſpenſatio: ſiue nouū ſiue vetus veſti//
menti: ipſe dat cui dare debet: et ipſe
ſuſcipit a quo ſuſcipi debet

Interrogatio Si frater iuſſus vni//
cuique iuſſus fuerit docere ſeniorē ſcd̄m
etatē: quomodo debet et agere cum
illo. De ratione reddenda haben//
da ad eū qui preeſt nichil niſi de ei⁹
volūtate fiat Cam^m liiij Reſpōſio

Tanquā miniſteriū exhibēs ad
implendū dn̄i p̄ceptū cū dī re//
uerentia timēs illā ſententiā que dicit
maledictus qui facit opus dei negli//
genter Obſeruat autē ne elatus in iu//
diciū incidat diaboli Interrogatio

Si debent peregrini intrare uſqȝ ad
illa loca vbi fratres operantur: Vel
etiā ſi alij de eodē monaſterio debēt
relictis locis ſuis intrare ad alios
preter illū cui creditū eſt requirere
operantes idē ad quē operis perti//
net diſpenſatio Reſponſio

Si quis inuētus fuerit hoc faciens
tanqȝ interturbās diſciplinā et
ordinē fratrū a communi conuētu expelli//
datur: et omnino etiā a liceitis greſſib⁹
inhibeatur: et ſedens in vno loco in
quo iudicauerit is qui preeſt apto ad
correptionē et vindictā: nunqȝ ꝑmitta//
tur abſcedere: ſed vigeatur in opus
multoplus quā conſuetudo ē: et
quottidie cogatur: vſqȝquo diſcat
implere qd̄ aplu̅s dixit Vnuſqſqȝ
in quo vocatus ē: in eo permaneat

Interrogatio Si oportet eos qui
nouerint ſuſcipere ab aliquo opus
abſqȝ cōſcientia uel iuſſione eius q̄
preeſt: et operū ſollicitudinē gerit

Reſponſio Furti euiſmodi reus
erit: vel ſimilis his qui furib⁹ occur//
runt Interrogatio

Quid debent hi qui operant᷑ curam gerere ferramētorū uel vtenſiliū eorū quibus operantur ¶ De cura habēda de vtenſilibus et rebus monaſterij

Capl̄m liiij Reſpōſio

Primū quidē ſicut vaſis dei: vel que iā deo cōſecrata ſūt vti dnt. Deinde tanq̄ qui nō pnt ſine ipīs de uotiōis et ſtudij ſui emolimēta cōſeq̄ Interrogacio ¶ Quid ſi per negligē ciam pereat aliquid ex hīs: aut per cō tēptū dyſſipetur ¶ Reſponſio Is quidē qui cōtemnit. velut ſacrile gus iudicand⁹ eſt: et qui perdit per negligēciā. et ipſe ſimile crimē icur rit: pro eo q̄ oīa que ad vſus ſeruorū dei deputata ſunt: deo ſine dubio con ſecrata ſūt ¶ Interrogacio Quid ſi a ſeipō cōmodare voluerit alicui aut accipere ab aliquo Reſponſio ¶ Tanq̄ inſoleſ et teme rarius habendus ē Hec em̄ eorū qui preſunt: et curā diſpenſacionis gerūt officia ꝓpria ſūt Interrogacio Quō neceſſitas poſcat: ut is qui preeſt requirat ab aliquo eorū vas uel fer ramētū: et contradixerit. Reſponſio Qui ſeipm̄ et mēbra ſua in alterius tradidit ptāte ꝓpter mādatū domini quō decebit ei de vtenſilib⁹ cōtradi cere huic p̄cipue cui cura cōmiſſa eſt. Interrogacio ¶ Si quis circa cellariū uel coquinā uel alia huiuſcemodi oc cupatus nō occurrat ad eſſe ī ordine pſallenciū uel ad oracionē nichil da ni patitur in aīa abbas. Interrogā De hijs qui in alijs occupati nō pnt occurrere ad opus uel ad oracionē

Cām lv Reſponſio

Vnuſquiſq̄ in opere ſuo obſer uare debet ꝓpriā regulam ſicut mēbrū in corpore: et ſi dānū ha bebit ſi neglexerit in eo quod iniūctū eſt ei de cōmuni fratrū vtilitate negli gens amplius iudicabitur: et ideo mēte et deuocione complere debet id quod ſcriptū eſt Cantates et pſallentes ī cordib⁹ vrīs dnō Si em̄ corporaliter nō occurrit ad eſſe. cū ceteris ad oracionēs locum in quocūq̄ loco iniūctus fuerit: quod de uociōis ē ꝯpleat Oportet tamē obſer uare ne forte quis poſſet cōplere in tpe ſuo quod cōplendū eſt et occurrere: Sed dū loqui vult occaſiones necit tanq̄ in miniſterij opere occupatus Quod qui facit: offendiculū ceteris p̄ſtat: et ipē negligentis crimē incurrit

Interrogacio

Quō obtinebit quis ut in oracione cor eius nō vagetur pater.

De reuerēcia oracionis et vagacione mētis Cām lvj Reſponſio

Si certus ſit ante oculos dei Si em̄ aſſiſtere quis iudicē ſuū videſ aut p̄ncipē et loquēs cū eo: nō ſibi credit licitū eſſe vagari oculis: et aliorſū aſpicere dū ipſi loquitur: quātomagis qui accedit ad dominū nuſquā debet mouere oculos cordis: ſed intentus eſſe in eū: qui ſcrū tatur renes et corda: ut impleat illud quod ſcriptū eſt: leuātes ſanctas man⁹ ſine ira et diſceptacōe Interrogacio Si impoſſibile ē obtinere hominē ut in omni tempore et loco nō vagetur mens eius. vel quomodo id fieri poteſt Reſponſio Quia hoc īpoſſibile ſit oſtendit ille qui dixit: Oculi mei ſemper ad dominū: Et iterū Prouidebā dn̄m in cōſpectu meo ſemper quoniā a dextris ē michi ne cōmouear Quō poſſibile ſit pro re dixim⁹ idē: ſi nō de mus anime ociū. ſed in oī tempore de deo deo et de operibus eius ac de

beneficiis eius et donis cogitemus: et cum
hec cum confessione et graciarum actione
semper voluamus in mente sicut scrip-
tum est: psallite sapienter Interrogacio
Et quid est psallite sapienter pater
Responsio Quod est in omnibus ab-
cibis gustus: vt vniuscuiusque dinoscat
cuius saporis sit: hoc est et in sancte
scripture prouidentie sensu Fauces
enim inquit escas gustabunt: sensus autem
verba discernet Si quis ergo ita animam
suam intendat ad singula verba psal-
morum: sicut gustus intentus est ad dis-
crecionem saporis ciborum: iste est qui com-
plet hoc quod dicitur Psallite sapienter
Interrogacio Qua mensura tem-
perare debet potestatem dispensacionis
sue is cui cellarii cura commissa est.
De cellerario monasterii et his qui
ad eum pertinent Cam̄ lvij Responsio

Erga eum quidem qui ei tradidit
huiuscemodi dispensacionem
meminisse debet domini dicentis Non
possum ego facere a me ipso quicquam
Ad ceteros autem sollicite vero scire
debet: quid vnusquisque opus ha-
beat: ut compleat illud quod dictum est
Diuidebatur vnicuique prout opus
erat Eadem enim racio obseruari debet
ab omnibus: quibuscumque aliqua mini-
sterii vel dispensacionis sollicitudo
commissa est Interrogacio
Que sententia obseruabitur erga di-
spensantem: si aliquid secundum persone
accepcionem vel concepcionem faciat.
Responsio Apostolo precipiente ali-
quando quidem ne quid facias secundum
fauorem vel in aliam partem declinando
Aliquando autem dicente: quia si quis
videtur contenciosus esse: nos talem
consuetudinem habemus ~~in ecclesia~~ neque
ecclesia dei Si quis hoc facit noue-

rit

vsquequo corrigatur Veruntamen oportet
cum summa diligencia et probacione discu-
tere: et considerare ad quam partem vnusquisque
aptus sit vel oportunus: et ita iniungi
quodcumque illud est operis vel officii: vt neque
illi qui iniungunt ex hoc ipso condempnentur
quod non aptum alicui iniunxerit officium:
et inueniatur mali esse dispensatores
animarum siue mandatorum domini: neque
illi ipsi quibus iniungitur occasione pec-
cati hoc habere videantur: vel voluntate
aliquid agere: sed eius qui preest iudi-
cio committendum est: vt vnicuique vt res
vel necessitas expedit consulat primum
omnium in his que anime prosunt deinde secun-
do loco eciam in corporalibus vsibus
secundum voluntatem dei moderetur Interrogacio
Si autem neglexerit dari sibi quod opus est
Responsio Manifesta est de hoc senten-
cia domini dicentis: discedite a me male-
dicti in ignem eternum: qui preparatus est
diabolo et angelis eius Esuriui enim et
non dedistis michi manducare: sitiui et
non dedisti michi bibere: et ea que sequun-
tur Et maledictus homo qui facit opus
dei negligenter Interrogacio
In profectibus mandatorum dei vna men-
sura est omnium: an alius amplius
alius minus debeat aliquid De his qui
preferendi sint Cam̄ lvij Responsio

Quia non sit vna mensura
in omnibus: sed quia alii plus credit
alii minus: manifestum est ex ipsius domini
verbis dicentis Aliud semen cecidit in
terram bonam: et hic est qui audit verba
mea: et intelligit et fructum affert: aliud
centesimum aliud sexagesimum aliud tri-
gesimum Hoc idem autem in his quoque
qui quinque mnas susceperunt inuenitur
cum dicitur Alii quidem data sunt quinque
talenta alii duo alii vnum Interrogacio

Ubi oportet equaliter haberi eos qui pl⁹
profecit· et eos qui minus **Responsio**
Illud obseruandū est in hoc qđ de re-
missione peccatorum dn̄s statuit dicens Remi-
missa sūt ei peccata multa qm̄ dilexit
multū Cui aut̄ parū dimittit' parum
diligit Et iterū qđ de presbiteris apl̄s
statuit dicens Qui bene p̄sūt presbiteri
duplici honore honorentur maxīe qui la-
borant in verbo et doctrina dn̄i· hoc in
oībus huiuscemodi causis obseruari
cōsequēs puto **Interrogacio**
Quid si contristatur is· qui min⁹ ho-
noratur: quū p̄ferri sibi viderit eū
qui ī timore dn̄i p̄cedit quo eū habebi-
mus pater· **Responsio**
Is qualis est: certū ē quia malignitat-
is vicio nō caret· ſm euāgelii para-
bolā: in quo dn̄s dicit ad eos qui con-
tristati sūt q̄r equaliter cū nouissimis
honorati sūt An inquit oculꝰ tuus ma-
lus est· q̄r bonus sū Et manifesta est
de talib⁹ dei sentencia· que dicit per
p̄phetā Ad nichilū deductꝰ ē in cōspectu
eius malign⁹· timentes aut̄ dn̄m glori-
ficat **Interrogacio**
Anima post multa peccata; et post
multas vite miserias: cū quali timo-
re· et cū qualibus lacrimis debet rece-
dere a pctīs: et cū quali spe et affectu
debet accedere ad deū· **De his qui**
accedūt ad deū quō peniteant·

Capitulum **Responsio**

Primo quidē odisse debet illa
sua priorē voluptabilē vitam:
et ipsā memoriā eius perhorrescere ac
execrari Scriptū ē enī Iniquitatem
odio habui et abominatꝰ sum: legem
aut̄ tuā dilexi Deinde ut maiorē ti-
morē habeat: magistro utatur ignis
eterni pauore: et metuat penā p̄petuā
Sed et lachrimarū tēpus agnoscat
per penitenciā: sicut dauid docuit in
septo psalmo purgacionē peccatorum
posse fieri vbertate lachrimarū in sang-
uine xp̄i· per potenciā misericordie sue:
et per multitudinē miseracionū domini:
qui dixit Quia si fuerint pctā vr̄a sicut
feniculū: ut niue dealbabo Si aut̄ fuerit
ut coccinū: ut lana candida efficietur
Et post hec recepta virtute placendi deo
dicit Cōuertisti planctū meū in gaudiū
michi: cōscidisti saccū meū· et circūdedisti
me leticia Ut cantet tibi o gloria mea
et nō cōpungar: et ita accedes ad dn̄m
psallat et dicat Exaltabo te domine:
qm̄ suscepisti me· nec delectasti inimi-
cos meos super me **Interrogacio**
Quoniā scriptū est: redempcio aīe viri
p̄prie diuicie eius· nobis quib⁹ forte
nō accidit dispergere p̄ aīe redempcione
diuicias: quid faciem⁹ pater·
De his qui nō habent unde tribuat

Capitulum **Responsio**

Siquidē volum⁹ et nō potuimus
memores sim⁹ respōsiōis domini
ad petrū: quū de hoc sollicitus esset
et diceret Ecce nos reliquim⁹ oīa et se-
cuti sumus te: quid ergo erit nobis·
Et respondit ei dicens Oīs qui reliquerit
domū: aut fratres aut sorores: aut pa-
trē aut matrē: aut vxorē aut filios
aut agros p̄pter nomē meū· centuplū
accipiet et vitā eternā possidebit Quod
si per negligenciā accidit cuiq̄ omisisse
diuicias: vel nūc adhibeat p̄pensius
studiū· operi manuū largiēs: neglectū
resarcire censū Quod si nec tūc quidē
vel tempus superest vel virtus adhuc
iuscemodi ministerii: cōsoletur nos
apl̄s dicens Nō quero que vr̄a sūt: sed
vos **Interrogacio**
Si quis audiens sermonē dn̄i dicentis
quia seruus qui cognouit volūtatem
dn̄i sui: et nō fecit ſm voluntatē eius·
vapulabit multū: qui vero nō cogno-
uit et fecit contra volūtatē eius:

dignę plagis vapulabit paucis. Et
ſi quis negligat et diſſimulet ſe ſcire
voluntatem domini ſui: ſi habet aliquid excu-
ſacionis. De ignorancia ſi excuſet et de
hiis qui conſenciunt peccantibus.

Capitulum lv Responsio

Manifeſtum eſt quia huiuſmodi est
qui ſimulat ignoranciam: nec ullo
genere effugiet peccati ſentenciam. Si
enim non veniſſem inquit dominus et locutus
eis non fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc
autem excuſacionem non habent de peccato ſuo
Si ergo ſacra ſcriptura cunctis et ubique
voluntatem dei denunciat: cur inter eos qui
ignorant iſte iudicetur: et non cum aliis
magis de quibus ſcriptum est. Quia ſicut
aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas
ne exaudiat vocem incantancium: et cu-
rentur medicamento quod componitur a ſapi-
ente viro. Veruntamen is qui preeſt:
et verbi dei miniſterium prohibet: ſi ne-
glexerit annunciare unicuique et intima-
re de ſingulis: velut homicida animarum
iudicabitur ſecundum ſcripturas

Interrogacio

Si quis facit voluntatem alicuius nu-
quid est eciam particeps eius vel ſocius peccati.
Responsio Si credimus domino dicenti: quia
qui facit peccatum: est ſeruus peccati: et iterum
vos ex diabolo patre eſtis: et deſideria
patris veſtri facere vultis. Sciamus quia
non ſolum ſocium et participem. ſed et dominum
ſibi et patrem aſcribit cuius opera facit
Teſtatur autem apoſtolus de hiis dicens An
neſcitis quoniam cui exhibuiſtis vos ſeruos
ſerui eſtis eius cui obediſtis: ſiue peccati
in mortem: ſiue obediencie ad iuſticiam
Interrogacio Si is qui conſentit alterius
peccato: eciam ipſe peccati reus est et ablus
Responsio Hec ſentencia domini manifeſta
est ex verbis ipſius quibus ait ad pilatum
dicens Qui tradidit me tibi: maius
peccatum habet. Manifeſtum est igitur ex hoc
quia et pilatus acquieſcens hiis qui tra-
diderant dominum peccatum habebat: licet
minus quam illi. Oſtenditur autem hoc eciam
in illud quod adam acquieuit eue: vel
conſenſit: que acquieuerat ſerpenti.
Nullus enim ex ipſis aut innocens iudica-
tus eſt: aut impunitus abſceſſit. Sed
et ipſa domini indignacio que aduerſus
eos habita est: hoc ipſum indicat. Nunc
enim adam pro excuſacione ſua obiecit:
quia mulier quam dediſti michi: ipſa
michi dedit: et manducaui. Quare in-
quit deus audiſti vocem mulieris tue:
et comediſti de ligno: quod preceperam tibi
ne manducares. maledicta terra in operibus
tuis Interrogacio
Si oportet peccantibus fratribus ſilere
vel acquieſcere pater. De peccantibus
fratribus admonendis et periculo non
arguendi

Capitulum lvi Responsio

Quia non oporteat manifeſtum est
ex ipſis domini preceptis quibus
in veteri teſtamento docet Argues proxi-
mum ut non aſſumes ex eo peccatum.
In euangelio autem dicit: Si peccauerit
in te frater tuus: vade et argue eum
inter te et ipſum ſolum. Si te audierit lu-
cratus eris fratrem tuum. Si autem te non au-
dierit aſſumes adhuc alium tecum aut
duos: ut in ore duorum aut trium teſtium ſtet
omne verbum. Si autem et illos non audierit:
dic eccleſie: ſi vero eccleſiam non audierit:
ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus
Quantum autem ſit crimen huius peccati dinoſ-
citur primo ex ſentencia domini qua dicit
Qui incredulus eſt filio: non habebit
vitam eternam: ſed ira dei aſcendet ſuper
eum Tum deinde ex hiſtoriis que vel in
veteri vel in nouo teſtamento referuntur
Nam achar ille cum furatus eſſet re-
gulam auream de anathemate hiericho:
ſuper omnem populum facta est ira dei Et

quidē populo peccatū quod cōmiserat
ignorātē vsqꝫquo manifestatū ē: et per
tulit cū oī domo sua horrendū illum
ac famosissimū interitū Sed et heli
sacerdos de silo et quidē cū nō siluisset
peccantib9 filijs qui erāt filij pestilenc(ie):
immo frequēter cōmonens et castigans
dicens: nolite filij: nō bene audio de
vobis et cetera que vel pctm̄ argueret
tamē cā nō diiudicauit: neqꝫ digno
zelo dei aduersus eos cōmotus est: in
tantū irā dei prouocauit: ut etiā vni
uersus populus pariter cū filijs cōng
ueretur: et archa testamēti ab alieni
genis raperetur: et ipse insuper oīb9
amissis miseranda morte corrueret
Quod si vel in populū ignorātē de vni
us peccato: vel in patre qui cōmonue
rat! ꝯmus segniter ꝓ pctō: tāta dei iu
cundia accensa ē: quid sperandū est
de his qui agnoscunt aliorū delicta et
reticent: nec qualēcūqꝫ adhibēt cor
rectionē. Quos vtiqꝫ cōueniret obser
uare illud. qđ apls ad corinthios dicit
Quare nō magis luctū habuistis: ut
tollatur de medio vrm̄ qui hoc op9 fe
cit. Vel illud Ecce enī hoc ipm̄ scđm
deū contristati. quātū operatū ē in vo
bis: sed sollicitudinē: sed excusacionē
: sed indignationē: sed timorē sed de
siderū: sed emulacionē: sed vīdictā
Unde et metuere debēt: ne forte etiā
nūc similē veteribus interitū sumāt
hi qui similiter negligūt: immo et
grauius: quātomagis perniciosius
ē spernere legē xp̄i. quā legē moysi
: et his cōpetit illud aptari: qđ dicit
Septies vindicatū ē de caim: de lamech
vero septuagies septies Interrogacio
Cur aliquociēs aīa nō satis agat: spō
te nī quodā genere incidit ei quidā
dolor cordis. et cōpunctio timoris dei: et
aliqn̄ aūt tanta securitas et negligē
cia animū tenet: ut etiā si cogat se
homo nō possit dolorē aliquē vel con
punctionē assumere. De deuotione et
cōpunctione quō eueniat aut nō eue
niat nobis Capl̄m xvij Responsio
Huiusmodi quidē cōpunctio ex dei
dono venit. ad prouocandū deside
riū: ut gustās aīa huiusmodi cōpuncti
onē. vel dolore prouocetur: et initetur
adimitandū similē graciā Ostenditur
enī quia si datur etiā nō satis agentibus
: quātomagis dabitur et his qui deside
rant et laborāt semper esse in cōpunctio
ne timoris dei: et ut sint inexcusabiles
qui per negligenciā graciā istā perdunt
Quod vero aliquociēs cōpellim9 nosmet
ipsos et nō possim9 obtinere: iudicatur
ex hoc qđ in alio tpe multū neglexim9
Non enī possibile ē ut is qui nec medi
tacoīb9 diuinis seipm̄ iugiter exerceat
: subito veniat ad oracionē: et cōtinuo
obtineat quod requirat Sed et ostedi
tur per hoc et huiusmodi anima alijs
vicijs vel passionib9 pregrauari: quorꝫ
dnatione ad ea que vult habere impe
ditur: scđm illud qđ apls tractat dicēs
Ergo ego carnalis sū venūdatus sub
pctō Nō enī qđ volo hoc ago: sed quod
odi hoc facio Et iterū Nūc aūt iā ego
iā nō operor illud: sed quod habitat in
me pctm̄ Quod et ipm̄ permittit nob
deus pro nostra vtilitate prouenire: vt
per hāc ipāꝫ. quā contra volūtatē anima
patitur contrarietatē corrigatur aliqn̄do:
et cōuertatur aliqn̄ ad eū qui releuet
eā ab oneribus suis: et cognoscat tādē
semetipāꝫ ac respiciat et intelligat: qꝛ
in laqueis diaboli capta detinetur In
quos quidē sua sponte decidit: sed iam
quasi captiua nō quod vult agit: sed
quod odit illud facit Sed si cōuertatur
ad dnm̄ qꝛ liberet eā de corpore mortis
huius statī inueniet misericordiā: si tm̄
integre ex toto corde peniteat Interrogac(io)

Quo quis dignus efficitur participes spiritus sancti abbas. De donis spiritus sancti et qui sunt pauperes spiritu

Capitulum lxviiij Responsio

Dominus Iesus Christus docuit nos dicens: Si diligitis me mandata mea servate, et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis, spiritum veritatis quem hic mundus non potest accipere. Donec ergo non servamus mandata domini, nec sumus tales ut et ipse de nobis testimonium ferat dicens quia non estis de hoc mundo, spiritus sancti participium habere non possumus. Interrogatio

Qui sunt pauperes spiritu. Responsio

Dominus dicit aliquando quidem: quia verba que ego locutus sum vobis spiritus et vita est. Aliquando vero quia spiritus sanctus ipse vos docebit et commonebit que dixi vobis. Non enim loquetur a semetipso, sed quecumque audiet hec loquetur. Isti sunt pauperes spiritu: qui non alia causa pauperes sunt nisi propter doctrinam domini dicentis: Vade et vende omnia que habes et da pauperibus. Et si autem etiam quis quacumque ex causa imposita sibi paupertate secundum voluntatem domini dispenset et suffert sicut ille Lazarus, etiam iste a beatitudine non erit alienus, domino dicente: Nolite solliciti esse quid manducetis vel quid bibatis vel quid induamini. Interrogatio

Usque ad quem est observatio mandati vel quomodo adimpleri potest. De tempore et modo adimplendi mandata

Capitulum lxx Responsio

Mandati quidem observatio est usque ad mortem: adimpleri vero potest per hoc quod habet unusquisque desiderium et amorem dei. Dominus autem cum conclusisset sollicitudinem seculi: corrupit statim spem promissionis dicens: Scit enim pater vester quia his indigetis. Sed et apostolus dixit quia nosipsi in nobis responsum mortis habuimus: ut non simus fidentes in nobis sed in domino qui suscitat mortuos. Secundum ergo propositum nostrum et anime reparationem quotidie morimur: voluntati autem domini reservamur. Propter quod et apostolus cum omni fiducia dicebat: Ut morientes et ecce vivimus. Iuvat autem huiusmodi propositum et circa mandatum domini ardens animus et desiderium insaciabile: quo qui constringitur non habebit ocium nec tempus occupari erga corporales actus vel usus. Interrogatio Si ergo neque sollicitudinem habere oportet de necessariis usibus ad vitam: et aliud preceptum est domini dicentis: Operamini non cibum qui perit: superfluum est manibus operari. De labore manuum si fieri oporteat Capitulum lxxi Responsio

Ipse dominus in evangelio preceptum suum explanavit. Nam ibi ipse quid dixit: non oportere queri aliud ad vitam cum dicit: Nolite querere quid manducetis aut quid bibatis. Hec omnia gentes inquirunt. Et addidit: Querite autem regnum dei et iusticiam eius. Et quo oporteat queri indicavit. Cum enim dixisset: nolite operari cibum qui perit, addidit: sed eum qui permanet in vitam eternam: et hoc quid esset ostendit in alio loco dicens: Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me patris. Voluntas autem patris est esurientibus cibum dare: sicientibus potum: nudos cooperire: et cetera huiusmodi. Tum deinde necessarium est et apostolum imitari dicentem: Omnia ostendi vobis: quia laborantes oportet suscipere infirmos. Et cum iterum docet: Magis autem laboret unusquisque manibus suis operans quod bonum est: ut possit impartiri necessitatem patientibus. Cum vero hec ita nobis vel in evangelio vel apostolus tradat: manifestum est quidem quia pro nobis ipsis quidem solliciti esse non debemus neque laborare propter mandatum aut

dnī et propter neceſſitate proximorū
ſolliciti eſſe debem⁹ et operari atten⁹
et maioꝛe quia dns in ſeipm̄ recapit
ea que in ſeruos eius fecerim⁹: et
regnū celoꝝ ꝑ huiuſmodi ꝑmittit ob
ſequijs Interrogacio

Si quis in corde cogitat de cibis tum
deinde notet ſeipſū et arguat: ſi et
hic quaſi cogitās de talib⁹ iudicandus
ſit De cogitacoīb⁹ et vage mens in
dicio Capitlm lxvij Responſio

Siquidē nō id temp⁹ ē quo natura
liter requirere cibos famis neceſſi
tate cōmonemur manifeſtū ē vage me
tis id eſſe iudiciū et aīe erga preſencia
affectū gerentis erga voluntate dei deſi
dis et remiſſe: ꝓxima tamē miſericor
dia habens dei: et pro hoc ipſo q̄ ſeipm̄
arguit et notauit: nota criminis ꝯuit:
ſi tamē ſeruet de cetero cogitacionū lap
ſus. memor domini ſermonis quo dixit
Ecce ſan⁹ factus es: iam noli peccare:
ne quid tibi deterius fiat Si aūt id
tēpus ſit quo naturaliter de cibis appe
tendis admonemur: mens autē ī melio
ribus occupata: inferiora ſpernit et de
ſpicit: nō racio ciborū notabilis ſed cō
temptus laudabilis inuenit̄ Interro
gacio Si licet poſt nocturnā tunicā
habere et alterā uel aliam uel aliā qua
libet De menſura uel modo veſtime
torū vocis laboris et cōdēnacionis
Capitlm lxviij Responſio

Aliꝗ quidē uſus habet ꝑuū tp̄s
Nō em̄ ꝓpter uſus corporis: ſed
ꝓpter afflictione eni inuenī ē huiuſce
modi indumentū: et ꝓpter humilitacom
anime Cum aūt duas tunicas habe
re phibuit ſermo diuinus: quomodo
poteſt hic ſuſcipi. niſi ad eos uſus: de
qua ſupra dixim⁹. Interrogacio

Si licet ei qui miniſtrat maiori voce
id ē cū clamore loqui. Responſio

Vocis menſurā diffinit audiendi
modus Si ergo breuior fuerit et cōpreſſi
or voce quā res poſcat: ſupereſt ut mur
mur pocius uel ſurſum racio videatur ꝑ
ſermo Si vero maior ſit quā res requi
rit quā poſſit audire ille cui loquimur
mur: et ſi leni⁹ loquamur. hec iā nō
erit vox: ſed clamor quod ē notabile:
niſi forte grauior ſit auditus eius: cui
loquimur et ſi leni⁹ loquamur: hec iā
nō erit vox neceſſitas nos cogat ad cla
mandū Propterea et de dnō ſcriptū eſt:
quia ieſus inquit euāgeliſta clamabat
dicens Si quis credit in me: nō ī me cre
dit: ſed in eū qui miſit me Clamare
autē dicitur De his quorū interior au
ditus ſurdus erat et obduratus
Interrogacio Si quis de ſuo quo miniſ
trat in coquina ſupra vires laborauit:
ita ut impediatur: et nō poſſit reliquis
diebus ꝑficere officiū ſuū: ſi oportet
imperari ei eciā huiuſcemodi opus.
Responſio Iam ſupradixim⁹ quia is cui
iniuncta ē operū cura: et qui preeſt coſi
derancius obſeruare debet uniuſcuiuſꝙ
vires uel poſſibilitatē: et pro ut quis apt⁹
eſt: ita eciā opus iniūgere: ne audiat
et ipſe quod ſcriptū eſt Qui fingit la
borē in precepto Ille tm̄ cui iniūgit̄: cōtra
dicere nō debet: quia obediencia uſꝙ ad
mortē ſeruanda ē Interrogacio

Si quis condēnat⁹ eſt ut eulogiā nō
accipiat. et dixerit ſi nō accipiā eulo
giā nō manducabo: ſi debem⁹ eū audi
re pater. Responſio

Siquidē tanti modi ē culpa pro qua
condēnatus eſt: ut dignū ſit eciā cibū
ei vetare: probet ille qui preeſt Si aūt
a ſola benedictione ſuſpenſus ē aliqs:
et indulgetur ei cibus. condēnat⁹ et in
obediēs eſt: eciā in hoc contenciōſi nota
ſuſcipere debet et cognoſcere: qa per
hoc nō curat culpā: ſed auget delictū

Interrogacio

Quali timore uel fide uel affectū percipere debemus corporis et ſagui-
nis xpi gracia pater.
De fide et deuocione habenda ī ſuſ-
cione ſacre eukariſtie Cam lxix

Timore quidē nos Reſponſio
docet apſtus dicēs Qui mādu-
cat et bibit indigne· iudiciū ſibi mā-
ducat et bibit nō diiudicās corpus do-
mini Fide vero edocet nos ſermo dni
dicentis Hoc ē corpus meū qd pro
multis datur: hoc facite ī meā comme-
moracionē Et iterū ſermo ioannis
dicentis Quia verbū caro factū eſt
et habitauit in nobis· et vidimꝰ gloriā
eius· gloriā quaſi vnigeniti a patre
plenū gracia et veritate Sed et apls
ſcribēs Qui cū in forma dei eſſet non
rapinā arbitratꝰ eſt· eſſe ſe equalem
deo: ſed ſemetipm exinaniuit formā
ſerui accipiēs: in ſimilitudinū homi-
nū factus: et habitū inuētus ut homo
humiliauit ſemetipm factus obediēs
uſqꝫ ad mortē· mortē aut̄ crucis Cū
ergo fidem habet his dictis: et cōſide-
rat magnificēnā glorie ipſius: et ad-
miratur iuncietatē humilitatis: quo-
tantꝰ et talis obediēs fiut patri uſqꝫ
ad mortē pro nrā vita: puto quia
poſſit prouocari anima ad affectū et
ipſius dei patris: qui vnico filio ſuo
nō pepercit: ſed pro nobis oībꝰ tradi-
dit eū· et ad amorē vnigeniti eius
eo amplius prouocabitur: quo cum
videat mortē turpiſſimā pro noſtra
redēpcione tolleraſſe: ſicut et aplē de
eo dicebat Quia charitas dei cōſtrī-
git nos iudicātes hoc id quod ſi vnus
p oībus mortuꝰ ē: ergo oēs mortui
ſūt: et p oībꝰ mortuus ē ut qui viuūt
iam nō ſibi viuāt: ſed ei qui p ipſis
mortuꝰ ē et reſurrexit Talē ergo affec-
tū et fidem preparare debet in ani-
mo ſuo qui de pane et de calice par-
ticipat Interrogacio
Quis eſt bonus theſaurus et quis ē
malus theſaurus abbas. De bono
theſauro: de taciturnitate uel ſilencio
Captlm lxx Reſponſio

Prudencia quidē ē ſenſus qui in
chriſto eſt: et virtus animi· q̄ ad
gloriā dei pertinet· theſaurus ē bonꝰ
Prudēcia aūt et ſenſus malicie et in-
ius ſapere· que deus fieri nō vult the-
ſaurus eſt malus ex quibꝰ proferunt·
ſcdm dei vocē· ſuo quoqꝫ tempe vtriqꝫ
fructus uel mali uel boni in operibꝰ
et verbis Interrogacio Si bonū ē
penitus tacere pater. Reſponſio
Silenciū et taciturnitas tūc bonū ē
quū ad perſonas vel ad tempꝰ aptatꝰ:
ſicut a ſacra ſcriptura docemur: que
dicit: aliqn̄ quidē qui intelligit: tūc
tempe tacebit: quia tps malū eſt
Aliqn̄ aūt poſui ori meo cuſtodiam:
dū cōſiſteret peccator aduerſū me· ob-
mutui et humiliatus ſū et ſilui a bo-
nis Et alibi Quod ſi alij ſedēti re-
uelatū fuerit: prior taceat Et iterū
mulieres vrē in eccleſijs taceat Sed et
alio tempore his qui incōtinentē lingā
habent dicitur Oīs ſermo malus de
ore vro nō procedat: ſed ſi quis bonꝰ
ad edificacionē fidei catholice Neceſſa-
ria vero taciturnitas· vſqꝫquo vicia ſi
qua illa ſunt lingue· uel ſermonum
temeritas reſecetur: et diſcat oportu-
ne: et in tēpore vtiliter loqui: ut ſicut
ſcriptū ē Sermo eorū ſale coditꝰ ſit
ut det graciā audientibꝰ Interrogacio
Si oportet tpe oracionū uel pſalmorū
loqui aliquē in domo abbas
Reſponſio

Preter eos qui ministerii sollicitudi-
ne gerunt: vel eos quibus discipline cu-
ra commissa est: vel dispensacionis operum
: qui et ipsi ita consideranter agere de-
bent· ut quantum necessitas exigit: hoc
solum loquatur: et hoc ipsum cum quiete
et honeste: ne inturbet· aut offendi-
culum faciant: ceteris cunctis silencium ha-
bere convenit: prophetis in ecclesia doce-
ntibus apostolus dicit: quia si alii sedenti
revelatum fuerit: prior taceat: quanto
magis in tempore psalmorum vel oracionum
tacere et silencium agere cunctis convenit
: nisi que forte: ut supius diximus omnis
prudencie causa aliquid proloqui cogit
Interrogacio Quomodo possimus
timere iudicia dei. De timore et via
lata et porta angusta Capitulum xxxi
naturaliter expectacio Responsio
Nobis mali timore incutit Ita namque
bestie timentur: et principes facies
imminere in his aliquis quod ad te
vite exitum pertineat Si ergo credamus
quia vere sint cominaciones futuri iu-
dicii dei· et recordemur futuri illius ex
animis: timebimus iudicia dei nostri
Interrogacio Quomodo lata et spaciosa
via que ducit ad mortem Responsio
Dominus pro multa clemencia sua et
nominibus et verbis his utitur quibus
possit nobis innoticiam adducere dog-
mata vite Sicut ergo qui ambulat
in via· si a recto declinat itinere quod
certis lineis et manifesto calle conclu-
ditur· spacia multa et vaga incedunt
ita et is qui intesserit de via que ducit
ad regnum celorum· multam latitudinem erro-
ris incurrit: per quod ad perdicionem
perveniunt Interrogacio
Quomodo angusta porta et arta via est:
que ducit ad vitam. Responsio
Et hec similiter angustum et artum
hoc indicat quia via hec id est

vita nostra angustiatur et coartatur in tribu-
lacionibus Constringimur enim ex utraque
parte nos qui iter agimus: ne prorsus
inde ad aliud declinemus Periculum est
enim utralibet parte declinare: sicut in
exiguo ponte transitum· ubi ex utraque parte
eum qui potem declinavit: cum fluminis
unda rapiat et auferat Propterea ergo
scriptum est Non declinavimus in dextram
neque in sinistram Et david Iuxta semi-
tam scandalum posuerunt michi
Interrogacio
Avaricia usque ad quem modum diffinitur
pater. De avaricia et convenienti or-
natu: et aliis quibusdam: videlicet quid
sit agere perperam et de arti in arti gloria
Capitulum xxxii Responsio
Quinimmo transgressus quis fuerit mo-
dum legis statutum quod designatur ex
secundum quidem vetus testamentum in eos
qui plus se diligunt· qui vel plus in
pecunia: in necessariis de se sit sollicitus
quam de proximo Scriptum est enim Diliges
proximum tuum sicut teipsum Secundum evan-
gelium vero Si quis plus sollicitus sit:
quam de presenti die sui videlicet causa vel
corporis· iste sine dubio audiet: Stulte
hac nocte animam tuam repetet abs te:
et que parasti cuius erunt. Quibus
addidit dominus dicens Ita erit et ei· qui non
sibi thesaurizat et non est in deum dives
Interrogacio Quid est perperam agere
Responsio Quicquid non propter usus
necessarios· sed vel decoris causa vel
ornatus alicuius fit: hoc est perperam agere
Interrogacio Quid ergo ab apto de-
: habitus ornatus Responsio
Is qui secundum propositum uniuscuiusque
usus honestus est· vel secundum locum.
vel secundum tempus: vel secundum personam
Non enim usus hominum idem esse potest
in tempore hyemis: et in tempore estatis:
neque idem habitus est operantis et qui-

esciētis: nec militis idem ē nec pri-
uati: neqꝫ viri idem qui mulieris
Interrogacio Si quis p̄ciosas vestes
abiciat: ip̄a aūt indumēta viliora
quibus vtitur uel calciamēta ita cō-
posite vtatur: ut studeat decorē inde
aliquē capere si peccat: aut vicio ali-
quo id facere · putandus est Responsio
Qui vult per decorē habitus · placere
hoībus: manifestū ē eū hui⁹ vicij egri-
tudīe laborare: id ē hoībus placen-
di: et certū est mentē eius a deo longi-
us euagari Sed et hocipm̄ ē viciū
perperā agere: quū indumētis uel
calciamētis nō vsus causa vtitur sed
decoris Interrogacio Quid ē racha.
Responsio Prouincialis id ē gentis
illius sermo: velut conuicij leuioris:
quod domesticis uel his quorū fidu-
ciā quis gerit dici solet Interrogacio
Quid dicit apostolus: nō efficiamur
inanis glorie cupidi Et iterū: Nō ad
oculū seruiētes · quasi hoīb⁹ placētes
Quis ē inanis glorie cupid⁹ et q̄s
hoībus placens. Responsio
Puto quid inanis glorie cupidus ē
qui ꝓpter solā gloriā seculi: id ē ꝓpter
eos qui vident uel audiet aliquid de
eis: quo vel laudare possīt uel admi-
rari: facit aliquid uel dicit Hoībus
aūt placēs est: qui ad voluntatē alic⁹
hoīs ut placeat ei: facit aliquid et di-
cit: etiā si indignū sit et iniuriosū
hocipm̄ quod facit Interrogacio
Quid ē inquinamentū carnis et inqui-
namentū spiritus: et quō ab his mū-
dari possum⁹: Et quid ē sanctificacio
et quō possum⁹ eam obtinere. De
inquinamento carnis et spiritus et cor-
dis mūdicia Capl̄ꝫ lxxiij Responsio
Inquinamentū carnis ē commisceri
his qui illicita et nefanda commit-
tunt Spiritus aūt inquinamentū
est: quū indifferenter habem⁹ commis-
ceri eis qui de fide impie senciūt
Emūdamur autē ab hijs cū impleā-
mus illud q̄d ap̄lus dixit Cū huius-
cemodi nec cibū sūmere · et cetera qꝫ
similia statuit: uel certe cū illud pa-
timur in corde nr̄o q̄d aūt dauid Tri-
sticia tenuit me pro peccatorib⁹ derelī-
quētib⁹ legē tuā Vel quū ostēderūt⁹
talē iraꝫ tristiciā · qualē corinthij oste-
derūt cū obiurgarentur a paulo: quū
erga eū qui peccauerit indiscrete egis-
set: quū dicit In oīb⁹ exhibuistis
vos contaminatos esse negocio Sancti-
ficacio aūt est adherere deo ꝯtinue
gro: et sine aliqua intermissione: in
omni tēpore sollicitū esse: et studiū
gerere placere ei: qm̄ neqꝫ pollutum
aliquid in donis dei offerri potest: alia-
quī et sacrilegiū erit et impiū
Interrogacio Quis ē mundo corde.
Responsio Qui seipm̄ reprehendit vel
p̄uaricatus nō sit mādatū dn̄i: vel
contempserit uel neglexerit Interrogacio
Quomodo potest aliquis odiū habe-
re aduersus peccatū. De peccato
odio habendo: et mādatis dei diligēdis
Capl̄ꝫ lxxiiij Responsio
Si semper ex his que fine habent
triste · uel infestū odiū nascit᷑ ho-
minibus aduersū illos qui causas sibi
huiuscemodi negocij ꝯtulerit Si quis
ergo certus sit quātū et qualiū ma-
lorū nobis fiūt peccata: spōte et sine
vlla commināctione ꝯtinuo affectu
odiū ei aduersū ea nascit᷑: sicut osten-
dit ille qui dicebat Iniquitatē odio
habui et abominat⁹ sū: legē aūt tuā
dilexi dn̄e Interrogacio
Quō p̄t aliquis ex aīo et affectū fa-
cere mādata dei. Responsio
Naturaliter delectamur in his q̄
bona sūt et profunt Si ergo cre

dim⁹ de his que promissa sūt ex eo
ipso ex speram⁹: inseretur aīe nostre
affectus et desideriū ad cōplēda ea a
quibus id consequi possum⁹ qđ desi
deram⁹ Si quis ergo odiū habuerit
et exercitatus fuerit iniq̄tatē et emū-
dauerit se ab oī peccato. ex quo sicut
corpus a languore. delectacionē nō hȝ
tibi: ita et aīa detenta pcti morbo nō
habet desideriū erga mādatū dei Si
recordetur. quia mādatū dei vita eter-
na est: et oīb⁹ qui custodiūt illud
permanet ad implecio pmissionū: po-
test per hec nasci aīe affectus ille qui
dicit Iudicia dei vera iustificata in
semetipā: desiderabilia sup aurū et
lapidē p̄ciosū multū: et dulciora sup
mel et fauū Etēā et seruus tuus custo-
dit: in custodiēdis illis retribucio mul-
ta nimis Interrogacio
Que ē mensura in charitate dei?
De mensura charitatis quō habeatur
: et de indicijs quib⁹ cognoscim⁹ nos de-
um uel pximū diligere Capitulum lxxv
Ut supra vires exīe Responsio
dant quis animā suā ad volū-
tatem dei pficiens. et desiderās ea q
ad gloriā dei pertinet Interrogacio
Quomodo quis obtineat ut possit ha-
bere in se charitatē dei Responsio
Si grati et fideles exīstamus erga
beneficia eius: quod in mutis ani-
malib⁹ fieri videm⁹: nā et canes di-
interdū diligūt eos qui cibū eis pbēt
Sed et esaias ppheta hoc dicit: quū
arguit ingratā gentē. et dicit ex psona
dni Filios enutriui et exaltaui: ipsi
autē spreuerūt me Agnouit bos pos-
sessorem suū et azin⁹ psepe dni sui:
israhel autē me nō cognouit: et popu-
lus meus me nō intellexit Si enī bo-
ui et asino pro eo beneficio ꝙ pascūt²
: dilectio spontanea nascit erga pastorē:
ita nos eciā si gratanter et fideliter be-
neficia dei suscipiam⁹: sine dubio dili-
gemus beneficiorū pbitorē deū et absq̄
vlla doctrina naturali quodā instinctu:
in ei⁹ concitamur affectū: si tamē sani-
tas nostre aīe pstō sit Interrogacio
Que sunt indicia in nobis esse charitate
dei Responsio Que dns docuit dicēs
Si diligitis me mādata mea seruate
Interrogacio Quid ē seipm̄ diligere
uel quō viciū suū agnoscat qui seipm̄
diligit. Responsio
Multa abusiue dicuntur: sicut et illud
qui amat aīaȝ suā perdet eam: et q'
odit aīaȝ suā in hoc mūdo in vitam
eternā custodit eam Philantus ergo
grece. dicitur qui seipm̄ diligit Intelli-
gi autē potest. qui talis ē hoc modo: si
ea que facit pro semetipso facit: eciam
si videantur seruidū mādatū dei esse que
facit Qui enī pro sua requie patitur
deesse aliquid necessitati: uel sibi uel
fratri: siue eorū que ad aīaȝ necessaria
sunt siue ad corpus: hic manifeste phi-
lantus est idē seipsū diligens dephen-
ditur cuius vici finis interitus
Interrogacio Quō apparet qui dili-
git fratrē sedm̄ mandatū dni: et quō
arguitur qui nō diligit. Responsio
Charitatis duo ista ppria signa sūt:
quū tristamur et grauiter ferim⁹ i his
in quib⁹ leditur ille quē diligim⁹: et
quū uel satagim⁹ ut nō fiat: vel gau-
dem⁹ si prouenerit aliqua ī quibus
vtilitas uel pfectus est eius qui diligit²
Beatus ergo est qui luget super eū qui
delinquit: cui⁹ videt vite imminere pe-
riculū: et gaudet pro eo qui proficit.
et suū lucrū deputat pfectus pximi
sui Si patitur vnū mēbrū copaciunt²
oīa mēbra: ꝙ vtiqȝ sedm̄ racionē cha-

ritatis christi dicebat: et si glorificatur
unum membrum congaudent omnia membra
Qui autem hunc habet affectum erga fra-
trem: certum est quod secundum charitatem dei di-
ligit proximum suum **Interrogacio**
Qui sunt inimici quos diligere iube-
mur: et quo diligimus inimicos nocentes
prestantes eis beneficia tantummodo: aut
eciam affectum exhibentes: et si possibile
est hoc fieri De inimicis diligendis

Capitulum lxxvi Responsio

Inimici proprium est ledere et insidi-
ari: et ideo omnis qui quoquo-
modo ledit aliquem inimicus dicitur
maxime autem hii qui peccant Isti enim quod
in se est ledunt diversis modis: et insi-
diantur: vel his qui se vident: vel his
qui simul vivunt Et quoniam ex corpore et
anima constat homo: secundum animam quidem dili-
gimus arguentes: commonentes: et omni mo-
do ad conversacionem eos provocantes.
secundum corpus vero prestemus eis beneficia
et misericordiam: et si indiget victum: quoniam
nemo dubitat: quoniam charitas in affectu
stat Quod autem possibile sit: docuit
dominus per charitatem dei patris: et per suam
obedienciam usque ad mortem: quam utique
pro inimicis adhuc et impiis nobis
sustinuit: sicut et apostolus testatur di-
cens Commendat autem deus suam charita-
tem in nobis quoniam cum adhuc pecca-
tores essemus christus pro nobis mor-
tuus est Sed et nos adhuc ipse cohor-
tatur dicens Estote imitatores dei si-
cut filii charissimi: et ambulate in dilec-
tione sicut et christus dilexit nos: et tra-
didit seipsum pro nobis hostiam et obla-
cionem deo Nunquam autem preciperet hoc
iustus et clemens deus: nisi utique eciam
possibilitatem nobis donasset In esse enim
hoc nostre nature dignoscitur: quum

eciam bestiis et animalibus erga eos qui be-
neficii aliquid prestiterint inest naturalis
affectus Quis autem tantum beneficii ami-
cis suis prestat: quantum nobis inimi-
cus noster: quum nobis causa beatitudi-
nis efficiatur illius de qua dominus dicit
Beati estis quum persequuntur vos et
exprobrant: et dicunt omne malum adver-
sus vos mencientes propter me Gaudete
et exultate: quoniam merces vestra mul-
ta est in celis **Interrogacio**
Quid est quod dicit apostolus Irascimini
et nolite peccare. Et sol non occidat
super iracundiam vestram: quum in aliis dixe-
rit: omnis amaritudo vel ira vel in-
dignacio tollatur a vobis De ira et
diversis eius speciebus **Capitulum lxxvii**
Arbitror in hoc loco **Responsio**
apostolum secundum imitacionem domini
hoc locutum fuisse Sicut enim in evange-
lio dominus dicebat: audistis quia dictum est
antiquis illud vel illud: et ipse addebat
dicens Ego autem dico vobis hoc vel illud
Ita eciam apostolus sic: quum prius memi-
nisset antiquitatis: per hoc quod dicat
Irascimini et nolite peccare: paulo post
addidit quod dixerat: et quod nobis con-
veniret et dicens Omnis amaritudo et
ira et indignacio et clamor tollatur
a vobis **Interrogacio**
Quid est locum dare locum ire. **Responsio**
Non resistere malo sed quod scriptum
est Sed ei qui percusserit te in dextram
maxillam: prebe ei et alteram et imple-
re omnia que sequuntur: vel illud Quum
persecuti vos fuerint in una civitate:
fugite in aliam Interrogacio
Que est differencia amaritudinis et
furoris et ire et indignacionis
Responsio Furoris quidem et ire diffe-
renciam puto constare in animo et in motu

: quia qui iraſcitur intra animū ſuū
adhuc viciū voluit : ſicut ꝯ hoc ipō
indicatur qđ dicitur : Jraſcimini et no
lite peccare Qui vero amplius fu
erit aliquid per motū gerit ſturor enī
inquit ſcđm ſimilitudinē ſerpentis·
vehemencius vero furore concitare irri
tacio nominatur Amaritudo aūt illa
illa eſt malicia in corde : que eſt arte
quadā cōponit' et armatur

Interrogacio

Quis eſt qui a dnō beatificatur pa
cificus C De pace quis ſit verꝰ pacifi
cus : et quō efficiamur ſicut pāruli

Capłm lxxvij Reſponſio

Qui ꝓpt aduitor ē ſcđm qđ dicit
apoſtolus · Pro chriſti legacione
fungimur tanq̄ꝫ ꝯ deo ꝯhortante :
per nos exhortamur : per chriſtū re
coliamur deo Et iterū Juſtificati igit'
ex fide : pacē habemus ad deū Jlla enī
alia pax repudiata ē a xpo dicente :
Pacē meā do vobis : nō ſicut h' mundus
dat : ego do vobis Interrogacio

Quomodo cōuerti quis poteſt et effici
ſicut infans· Reſponſio

Si tales fuerimꝰ ad doctrinā domini :
qualis ē infans indiſcendo : qui neqꝫ
cōtradicit : ~~neqꝫ racionēs a~~ doctoribus
neqꝫ rationes · et verba cōponit : aduer
ſū eos reſiſtens : ſed fideliter ſuſcipit
quod docetur : et cū metu obtemperat
ac acquieſcat doctoribꝰ Interrogacio

Domino dicente : Qui ſe exaltat hu
miliabitur : Et aplo precipiēte : noli al
tū ſapere Et alibi Arrogantes ſupbi
inflati Et iterū Charitas nō inflat'
Quis eſt elatus : et quis iactās : et ar
rogans : qui vero ſuperbꝰ : et quis in
flatus : uel quis tumēs

De diuerſis ſpeciebus ſuperbie et de
bona et mala gloriacione Capm lxxix

Elatus ē qui ſeipſū Reſponſio
effert pro his que forte recte uel pro
ſpere geſta ſunt : et per hoc magnus
ſibi videtur et elatus : ſecūdū illū pha
riſeū : qui et ipē inflatus dici poteſt·
Sicut eciā aplus corinthios arguit qbꝰ
dicit : et vos inflati eſtis Jactās aut
uel arrogans eſt ille qui nō acquieſcit
his que a patribꝰ ut a maioribꝰ inſtitu
ta ſunt pro vtilitate cōmuni : nec acqꝰ
eſcit verbis apoſtoli dicētis Ut idē ſapi
atis : et idem ſenciatis : ſed ꝓpriā quā
dā viā iuſticie ac ſanctitatis inquirit
Superbus vero ē· qui eciā nil vſquā in
ſe virtutis aut rectorū geſtorū habens
elatus eſt : et rectus videri vult plus
eſſe quā eſt Humilis aut' huic eſſe po
teſt eciā hic qui inflatus dicit' uł tumēs
· Scđm qđ aplś dicit Sed inflatus eſt
nichil ſciens Interrogacio

Quidē charitas nō dehoneſtatur
Reſponſio Sicut quis dicat de ſtatu
honeſtatis ſue nō deducit' Eſt enim
quedā ꝓpria honeſtas charitatis et
habitus eius atqꝫ ornatus : ille ſine dū
bio per quē ſingulas charitatis virtu
tes enumerat aplus : que ſingula ho
neſtates quedā eius ſunt et ornatus
Interrogacio Scriptura dicēte : noli
te gloriari neqꝫ loqui alta : et apoſtolo
cōfitente : Quia que loquor ſicut in in
ſipiencia in hac ſubſtancia gloriandi
Et rurſū factus ſū inſipiēs gloriando
Et iterū ipō dicente Qui gloriat' in do
mino glorietur Que ē gloriacio ī dnō·
et que eſt culpabilis gloriacio Reſpōſio

Apoſtoli quidē manifeſtū ē ꝓpoſitū
quod aduerſū vicia loquebatur Non
enī ut ſeipm̄ cōmendaret hoc dicebat :
ſed ut quorūdā arrogāciāqꝫ retunderet
Gloriacio ē in dnō : quū quis : ſi recte
egerit : nō ſibi ſed dnō aſcribit dicēs :
omiā poſſū · ſed in eo qui me cōfortat
xp̄us Culpabilis aute gloriacio dupliciter

racione dinoscit' uel sc̄dm quod dicitur
Quia laudatur peccator in desiderijs anime
sue: et qui gloriatur in malicia: qui po
tens est iniquitate Vel sc̄dm illud
Qui faciunt aliquid boni operis: ut vi
deantur ab hoīb9 et pro hoc ipso quod vo
lunt laudari: gloriantur in his que fe
cerunt Sed huiusmodi et omes sacrile
gi designantur: qui gratiā que a deo
data est ꝓpriam faciunt: et gloriā q̄ deo
debetur in semetipsis conuertere volunt
Interrogatio Qualē intelligenciam vel
prudenciā a deo petere debemus vel
quō eam possum9 promereri
De intelligencia a deo petenda et modo
ipsam promerendi Capitulum lxxx
Intellectus quidē quis sit Respō
ab ipso dn̄o discim9 per ꝓphetam
dicentē Nō glorietur sapiēs ī sapiencia
sua nec fortis in fortitudine sua nec
diues in diuicijs suis: sed gloriatur q
gloriatur in intelligendo et cognoscēdo
deū Et iterū per paulū apl̄m sic dicit
Sed intelligētes que sit voluntas dei.
Possum9 autē hoc modo illā ꝓmereri si
faciam9 illud quod scriptū ē Vacate et
videte quō ego sum deus Et si credam9
omē verbū dei esse verū Si enī inquit
nō credideritis nō intelligetis Interrogaō
Si dominus dat sapienciā: et a facie ei9
sciencia et intellectus est: et alij quidē
per spiritū datur sermo sapiencie: alij
sermo sciencie: quomodo increpat dn̄s
discipulos suos: quia et vos adhuc in
sensati estis et nō ītelligitis Responsio
Si quis scit voluntate dei volentis
omes hoīes saluos fieri: et ī agnicioē
veritatis venire: et studiū spūssc̄ti di
dicit gracia dei: iste cognoscit caritatē
intellectus: nō ex culpa eius descendere
qui dona distribuit: sed ex eorū desidia
qui infidelitate sua id suscipere nō me
rentur Et idcirco recte inculpat insi
piēs vel insensatus: qui veluti sole
orto claudit oculos suos ne videat sed
in tenebris ambulat Interrogacio
Si ab aliquo aliquid beneficij cōse
quamur: quō poterim9 et dn̄o digne
et integre gracias agere et ei qui bene
ficiū contulit quali mensura vtrique debem9
in vtroque Responsio
Si deū omniū auctorē bonorū: et co
ditorem esse credamus: eū vero ꝑ quē
boni aliquid cōsecuti sum9 ut ministrū
dei gracie et muneris agnoscam9
Interrogacio
Quid est dignū et sanctū quod greci
osion dicunt: et quid ē iustū
De quorūdā nominū differencia: et
de nonnullis scripture dictis: quid sig
nificet Capitulum lxxxi Responsio
Osion quidē: id est sanctū arbitror
quod decet et debetur ab inferiori
bus deferri superiorib9: secundū hanc ipam
racionē que ab eminencioribus videtur
Iustū aūt hoc quod pro operis merito
vnicuique retribuitur Et illo quidē ab
alio optinēdū quoque indicat obsequium.
in hoc vero tam boni quā mali desig
natur retribucio Interrogacio
Quō dat quis sanctū canib9 et mittit
margaritas ante porcos: aut quomodo
accidit illud quod additur ne forte co
culcent eos pedibus: et conuersi disrum
pant nos Responsio
Manifeste apl̄us nobis tradidit ex
his que aduersus iudeos dicit Qui
in lege gloriaris: per preuaricacionē
legis deū inhonoras Iniuriā ergo hanc
quā per preuaricacionē verbo dei infer
re dicitur dicuntur hi de quib9 sermo
est: ꝑhibet hic et abdicat dn̄s Et quia
euenit ut infideles et nō credentes quū
vident nos preuaricari mandata co
temptū habeant religionis et doctrine dn̄i

: et corporis arguuit nos : que ſūt ſcrip
ta in lege nr̄a : ac velut incepat et eſſi
ciat et exprobrat cōſitantes tanq̄
legis nr̄e transgreſſores Interrogacio
Quid aliqn̄ quidē dn̄s phibet ſacc̄u
lū uel peram ī via : aliquādo dicit :
ſed nūc qui habet ſacculū tollat ſimi
liter et perā : et qui nō habet gladiū
vendat tunicā et emat gladiū
Responſio Hoc explanauit ipe dn̄s
dicēs : quia oportet adhuc cōpleri in
me quod dictū ē : quia cū iniquis
deputatus eſt ſum Deniq̄ poſtquā
cōpleta ē phecia de gladio ait ad pe
trū : cōuerte gladiū tuū in locū ſuū :
omnes qui acceperint gladiū gladio
peribūt : ita ut nō videatur precepti
eſſe quod dicit : nūc qui habet ſaccū
lum tollat ſimiliter et perā : ſed potius
phecia predicentis dn̄i : quia futuri
erant : ut apoſtoli obliti gracie dn̄i
et legis eius aſſumerent Quod aūt vi
detur quaſi imperatiuo modo dic[tū]
poſitio accipitur : hec verbi figura
in ſcripturis pheticis ſatis frequēter
inuenitur Sicut eſt illud fiant filij
eius orphani : et diabolus ſtet a dex
tris eius : et multa ſīlia Interrogacio
Quid ē panē ſubſtantiuū da nobis
hodie : quod in oracione dñica iube
mur dicere. Responſio
Qum operantes manib9 memores ſu
mus dn̄i dicentis : nolite ſolliciti eſſe
anime veſtre. quid manducetis aut q̄d
bibatis et apoſtolo precipiente opera
mini ut habeatis unde poſſitis pſta
re neceſſitatē pacienti : id ē quū non
ad prios vſus : ſed pro mādato dn̄i
operamur Qm̄ dignus ē operari9
mercede ſua : tūc ſubſtātiuū panē :
id ē qui ad vitā quottidianā ſubſtā
ciē confert a dn̄o poſcim9 : et nō [ſemel]
a nobis preſumim9 : ſed ut neceſſitati
inquātū ſufficiat ſatiſfaciat : et agnoſ
camus eū qui ſufficienciā preſtat
Interrogacio Si volenti accedere ad
ſorores oportet indulgere : an certis
quibuſq̄ perſonis et temporibus : vel
quō vidende ſūt ſorores De acceſſu ſo
rorū Capl̄m lxxvij Responſio
De his ſuperius iam ſufficiēter dixi
mus. quia nec vir ad virū accede
re vitiūq̄ ſine cauſa ex arbitrio ſuo uel
poteſtate debet : ſed cū omni obſerua
tione probante eo qui preeſt : id ē ut
uel proſit quis et quē vidit q̄d pficiat
opere : quātomagis erga mulieres id
obſeruari cōuenit maiora cautela.
Si quis ergo meminit dn̄i dicentis :
quia de oī ſermone ocioſo reddetis ra
tionē in die iudicij : timebit ī oī nego
cio hanc ſentēciā Requieſcēdū ē enī
et ſancto aplo dicenti : ſiue manducetis
ſiue bibatis : ſiue aliquid aliud faciatis
oīa cū gloria dei facite Et iterū Oīa
ad edificacionē fiat Nichil ergo ocioſe
uel inutiliter agendū ē : ſed certus q̄s
et certo tempore : et certo in loco : et
certis pſonis : uel apparere uel loqui
debet : ut excludatur oīs nefanda ſuſpi
cio : et ſeruem9 nos ſine offenſione eſſe
apud om̄es et ad edificacionē fidei
vniuiq̄ apparere Sed certus ſolus ad
ſolā ſuā accedere nulla religionis racio
permittit Melius ē enī duo quā vn9
ſimul enī et fidelius ē et tucius res
geritur : etenī vhe ſoli : quia ſi ceci
derit. nō ē qui erigat eum Interrogacio
Interrogacio Si quis habet aliquod
viciū quod corrigi nō poteſt : et fre
quēter notatus in peius proficit. ſi
expedit illū intermitti De his qui
ſepius correpti nō emedatur Capl̄m
lxxviij Responſio

Et de hoc alibi iam diximus: quia
oportet peccantes corripere pacien-
ter: secundum eum quem supradiximus modum
a domino propositum. Quod si non sufficiat ei
ad emendacionem sicut illis de corinthio
obiurgacio hec que fit a pluribus:
gentilis et relinquo et publicanus habe-
ri debet qui eiusmodi est: quia ei par-
cere quem dominus condempnauit: nulli tutum
est: maxime cum dominus dicat: expedit
unicuique: ut unum oculum aut unam ma-
num aut unum pedem perdat: et ita in-
troeat in regnum: quam dum parcit uni ex
his membris: totum corpus mittatur in ge-
henna ignis: ubi est fletus et stridor
dencium. Sed et apostolus de his ipsis testa-
tur dicens: quia modicum fermentum to-
tam massam corrumpit. Interrogacio
Si quis contristatur quod ei non permittitur fa-
cere id quod non potest apte et recte facere:
si debemus ei permittere. Responsio
Et de his quidem iam dictum est in multis
quod propria uoluntate nulli quicquam permitten-
dum est: sed iudicio et probacione multo-
rum: uel horum qui probant. Cui autem non
obtemperat: hic sentenciam presumpti et con-
tradicentis excipiat. Interrogacio
Quomodo debent fratres infirmitates in-
firmiorum portare. De portandis inui-
cem infirmitatibus. Capitulum xxxiiii
Responsio
Portare est tollerare et cu-
rare secundum quod scriptum: Ipse in-
firmitates nostras tulit: et egritudines
nostras portauit. Non ut ipse in semetipsum
susciperet infirmitates: sed quod abstu-
lit eas ab his quibus erant et cura-
uit eos. Itaque ergo in hoc penitencia inter-
ueniente curabuntur infirmiores ex con-
stancia et integritate fortiorum: qui di-
cuntur portare idem exportare et auferre
infirmitatem eorum qui inualidi sunt.
Interrogacio Quid est inuicem onera
uestra portare: et quam legem Christi adimplebi-
mus hoc facientes. Responsio
Hoc superius est quod superius expla-
nauimus: grauius enim sunt onera et pec-
cata que trahunt animas in profundum infer-
ni: que a nobis inuicem auferimus et por-
tamus: id est exportamus ad confessionem
prouocando eos qui peccant. Portare
autem pro auferre et exportare consuetudo
est et rurum prouincialium dici: sicut et ego
ipse audisse me memini. Legem autem Christi
replere illius qui dixit: Non ueni uoca-
re iustos: sed peccatores ad penitenciam.
Interrogacio. Domino dicente nobis oran-
dum esse: ut ne intremus in temptacionem:
Si oportet nos orare ne accidant nobis
dolores corporales: uel si inciderimus
in eos quomodo oportet fieri. ~~Responsio~~
De temptacionibus in quibus orandum est
Capitulum xxxv Responsio
Non distinxit temptacionum qualitatem:
sed generaliter precepit orandum esse:
ne intremus in temptacionem. Si uero inci-
dimus: ut det nobis exitum euadendi et
ut sustinere possimus a domino posci oportet:
ut possimus implere quod dictum est: quia qui
perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.
Interrogacio Quis est aduersarius
noster: et quomodo ei consentire debemus dum
sumus in uia. Responsio
Tunc specialiter dominus eum qui aufert a
nobis aliquid: uel auferre conatur: ad-
uersarium nominauit. Consencimus autem si
seruemus preceptum domini dicentis: Si quis
autem uoluerit tecum contendere in iudicio:
et tunicam tuam tollere: dimitte ei et pallium:
quod et in omnibus obseruari oportet.
Interrogacio
Si bonum est statuere ad certum tempus
uerbi causa: se a tali cibo uel a tali potu:
domino dicente: Non ut faciam uoluntatem
meam: sed eius qui misit me patris.
De diffinicione in agendis et si semel

semel statuta impleri debet Ca^m lxxxvj
Omnis huiusmodi diffi Responsio
nicio cōgrua quod sciens dauid dice
bat Iuraui et statui custodire iudicia iusti
cie tue: nō me voluntatis Interrogacio
Si quis voluntate peccauerit cōdempnatur:
an ille qui per ignoranciā et veritatē fuerit
aliquid locutus Responsio
Iudiciū dnī in his qui per ignoranciā pec
cant: manifestū ē quū dicit Qui nescit
et nō fecit: digne plagis vapulabit paucis
Vbiqꝫ tamē digna gesta penitencia: spem
psumat Interrogacio
Si quis cogitauerit tantū facere et nō fece
rit: si et ipē mēdax iudicandus est.
Responsio Si secundū mandatū est quod
cogitauit ut faceret nō solū ut mendax:
sed ut contemptor a dnō condemnatur
Interrogacio
Si quis pueniens fuerit ut diffiniat agere
aliquid eorū qui nō placet deo. ꝗ oportet
magis irritū reuocare. quod male fuerit
diffinitū: an timore eo ne mēdax sit im
plere peccatū. Responsio
Quū apostolus dicat: nūquid ex vobis
ipsis idonei sumus cogitare aliquid quasi
ex nobis Et dns nichil omnino Quia non
possū a meipsō facere quicquā Et iterum
Verba que ego loquor vobis: a meipso
nō loquor Et in alio loco Descendi de celo
nō ut faciā voluntatē meā: sed eius qui mi
sit me patris Penitenciā debet agere pri
mū: quia aliquid temere diffiniuit quod
cūqꝫ fuerit quod diffinitū est: ne ipā qdē
bona ꝓpria auctoritate facere oportet: multo
aūt magis ea que nō placent deo statuere
nō licet Quia oportet irrita reuocare ꝓ
quecūqꝫ ꝓsumpcione contra mādatū dei
statuuntur Manifeste ostenditur in apto
petro qui temere quidē statuerat et dixe
rat Nō lauabis michi pedes in eternū
Audiuit aūt a dnō. diffinita sentencia Ra
si nō lauero tibi pedes: nō habebis partē
mecū Statim vero mutauit diffinicionē

suā et ait Dnē nō tantū pedes: sed et
manus et caput Interrogacio
Si cuius cui cōmissa ē dispensacio eor
que offeruntur dnō: necessitatē habet
implere mādatū illud quod dicit Omni
petenti te da: et eū qui vult mutuū
a te sumere nō auertas ¶ De distribu
cione rerū et dispensacione Captm
Hoc quod dictū lxxxvij Responsio
est: omni petenti da: et volentem
mutuari abs te: nō auertes: quasi ten
tacionis habet locū: sicut ex consequentibus
demōstratur Propter malos enī preceptū
est: nō principaliter. sed quod ī necessi
tate fieri debeat Principale enī preceptū
dnī est Vende oīa bona tua et da pau
peribus Et iterū Vendite bona vestra:
et facite misericordiā Nō ergo aliis de
legatū est uel deputatū in alios defer
ri: nō est absqꝫ discrimine dnō dicente
Quia nō sū missus: nisi ad oues pdi
tas domus israhel: et quia nō ē bonū
sumere panē filiorū: et mittere canibus
Sed et deipso debes iudicare qd iustū ē
Interrogacio Quod si frater nichil
habens ꝓpriū. petit ab aliquo hoc ipsū
quo vestitus est: quid debet facere
maxime si nudus est ille qui petit
Responsio Siue nudus siue malus idē
siue necessitate patitur: siue fallit: siue
quid aliud est: semel dictū ē: Quod
dare uel accipere nō ē omnī: sed solius
illius cui cōmissū est istud officiū Qui
vtiqꝫ cū oī ꝓuidencia et cautela huius
modi dispensacionē debet implere: ut
possit vnusquisqꝫ in eo quod vocatus est
permanere Interrogacio
Quomodo potest quis sine charitate tanta
fidem habere: ut mōtes transferat: aut
substanciā suā diuidat: et corpus suū
tradat ut ardeat. De fide sine cha
ritate quomodo habeatur. et de quibusdā
aliis breuiter Captm lxxxviij

Si memores sum⁹ dni dicentis: faciūt enī oīa ut videātur ab hoīb⁹: sed et illud illis dicentib⁹ quid respondit Dne nōne ī noīe tuo demonia eiecim⁹: et in tuo noīe virtutes multas fecim⁹ tū ait ad eos: nescio vos unde sitis Nō quia mēti sunt: sed quia dei grā abusi sunt ad ꝓprias voluntates: qd utiqꝫ alienū est a caritate dei Si ergo hoc meminerim⁹: facile aduertim⁹ que dicta sunt Quod aūt graciā dei vel donū eciā indigni accipiat: nō est nouū aut mirū Deus enī et in tēpore hoc benignitatis et paciencie. eciā solē oriri iubet sup bonos et malos Interdū aūt eciā ad ꝑfectū eorū qui adhuc infideles sūt: et gloria ei⁹ multiplicatur: sedm qd dicit aplus Quia quidē ꝑ inuidiā et contencionē qdā autē ꝓpter bonā volūtatē xpm annūciant: et addidit dicēs Verūtamen omnino siue occasione siue volūtate xpus annūcietur: in hoc ego gaudeo Interrogacio Quis dicit abscondere talentū: et propterea condenatur Responsio

Quicūqꝫ graciā dei detinet et assumit in suis usibus. et nō ad eorū utilitatē iste tanqꝫ deo occultati talenti crimine condenatur Interrogacio

Quid ē immundicia et impudicicia Responsio Immūdicia quid est lep ostendit Hoc enī noīs vsū sup his qui inuiti naturalē necessitatē vtebantur: sicut hoīes pati consueuerūt Impudicicia vero michi videtur esse: quū quis naturalē libidinis motū impudencius et inuerecundius contrat et inuitat

Interrogacio

Quid est ꝓpriū furoris: et quid ē ꝓpriū indignacioīs iuste: et quō aliquocies quasi ab indignacioē incipientes inuenimur decidere in furorem

De furore et indignatione: et de bono affectu corripiendi Cam lxxxiv Responsio

Furoris quidē ꝓpriū est viciacio aīe mala meditātis aduersū eū qui se concitat et irritat Indignacionis vero iuste est peccātē corripere eo affectu vel ꝓposito quo auertim⁹ a peccatis: et quod displicet nobis quod nō rectū gestū est Quod aūt interdū a bono incipiens anima decidit in malū: nichil mirū est multa enī inuenies huiuscemodi: propter quod reminiscere sancte scripture dicētis Juxta iter scandalū posuerūt michi Et iterū Nisi enī quis legittime certauerit: nō coronabitur Et ideo in oīb⁹ obseruanda est rerū varietas. mens. vita. tempus. et ordo: quia ex aliqua horū causa accidit ut quod videtur bonū: id inueniat' malū Interrogacio Ex quib⁹ fructib⁹ probari debet is. qui ex affectū arguit fratrē peccantē Responsio Primo omniū ex eo quod ꝓpiciū est: si cū misericordia rem gerit: et est in eo id quod dicit aplus: et si patitur vnū mēbrū: compaciūtur oīa menbra Vel illud Quis infirmatur: et ego nō infirmor Quis scandalizatur. et ego nō vror. Tu deinde si in eū peccato similiter affligitur et contristatur erga eos qui peccat Vel si in se delinquat aliquis. vel ī aliū similiter contristatur et luget: et si arguens obseruabit illā regulā quā domin⁹ posuit: id ē ut vel inter se vel ipm solū: vel in alio vno aut duob⁹ adhibenda Sup oīa autē: si obseruat quod dixit apostolus hoc ē cū omni paciencia Interrogacio Si oportet qui ingrediūtur ad fratres statim artificia discere Responsio Qui preest probet Interrogacio Si qs nō ex desiderio corrigendi fratres: arguat eū qui delinquit: sed sui vicia cōplendi grā. quomodo oportet et hunc corrigi: si post multā cōmonicionē in eisdē ꝑmaneat Responsio Iste velut suis comodis ꝓspiciens et priuatus desideras notetur: et

a.

emendacionis ei modus conſtitucionum
diſciplinis intimetur. Quod ſi per-
manſerit in obſtinacione: manifeſta eſt
eorum ſentencia: qui non penitent pro delicto
Interrogatio Qualibus correpcionibus
oportet uti inter fratres ad emendacio-
nem eorum qui delinquunt Reſponſio
Hoc ſit in iudicio poſitum eorum qui pre-
ſunt: uel quanto ipſe tempore: uel quo
quali modo corrigi debeat: quia et etas
et erudicio multam facit differenciam

Interrogatio

Si in omni peccato ſuo ſecundum cogitacionem:
ſiue ſecundum verbum: ſiue ſecundum actum: ſatan
in cauſa conueniat dici. De occaſio-
nibus quibus ex nobis ad nos decipien-
dos abutitur inimicus Capitulum lxxix
Responsio
Generaliter arbitror
quod ſatan ipſe per ſeipſum cauſam
peccati exiſtere nulli poteſt: ſed morbus
animi noſtri: ſiue naturalibus ſiue
ex uicio conceptis abutitur ad volun-
tatem malicie ſue: et nostris morbis nos
ſi forte non vigilamus: tradit in hoc
quod ipſi gratum eſt: id eſt in peccatum Natu-
ralibus ergo morbis nostris abutitur:
ſicut illud quod in domino facere conatus
: cum ſenſiſſet exhaurire: et ait ad
eum Si filius dei es: dic ut lapides iſti
panes fiant. Morbis autem ex uicio con-
quiſitis abutitur: ſicut fecit in iudam:
quem cum cupidum vidit: et auaricie mor-
bo egrotantem: abuſus hoc vicio uſque ad
proditionis domini ruinam: obtriginta argen-
teorum lucrum eum pertraxit. Quia autem
mala ex nobis oriuntur. manifeſte
oſtendit dominus dicens: quia de corde ma-
lo procedunt cogitaciones male et reli-
qua. Hoc autem accidit hiis qui per ne-
gligenciam inculta et ſqualencia natu-
ralium in ſe bonorum ſemina relinquunt.
Sicut ſalomon ait Quia ſicut agri

cultura: ita vir inſipiens: et ſicut vinea:
ita homo cui deeſt prudencia: et ſi re-
linquens eam fiet deſerta: et aſcendet in
ea ſpine et erit derelicta. Huic ergo anime
que ex huiuſcemodi negligencia ſqualuerit:
et in deſertum venerit: conſequens eſt ſuſcipere
illam ſentenciam que dicit: ſpine et tribuli
oriuntur in ea: et pati illud quod ſcriptum
eſt Exſpectaui ut faceret vuas: et fecit
labruſcas. De qua dixit: plantaui vi-
neam ſoreth. Et nunc merito dicitur ad eam
quod dictum eſt per ſiue domini hieremiam a domino
dicente Ego plantaui te vineam fructiferam
totam veracem: quomodo conuerſa es in ama-
ritudinem vitis aliene. Interrogatio
Si quis relinquens fiſcalia debita intret
ad fratres: et parentes eius pro ipſo
conueniuntur et turbulentur: ſi non affert
culpam aliquam: uel hiis qui eum ſuſcepe-
runt: uel ipſi illi qui ita gerit
De his qui ſecularibus negocijs ad con-
uerſionem veniunt Capitulum xci Reſponſio
Dominus noster ieſus christus
hiis qui eum interrogauerunt: ſi licet
dare cenſum ceſari aut non: oſtendit in-
quiens michi numiſma cenſus Cuius yma-
ginem habet et ſubſcripcionem: Cum autem
dixiſſent ceſaris: inquit dicens Reddite
que ſunt ceſaris ceſari: et que ſunt dei deo
Ex hoc manifeſte docemur: quod hij obno-
xij ſunt tributis ceſaris: apud quos in-
uenitur cenſus ceſaris et imago Si quis
tale etiam iuſte veniens ad fratres ſecum
detulit: obnoxius eſt ad ſoluendum debitum
Si vero omnibus derelictis in manibus propinquo-
rum abſceſſit: nullus uel ipſi uel fratribus
ſcrupulus debet exiſtere Interrogacio
Si oportet eum qui preeſt ei que ſorori-
bus preeſt loqui aliquid quod ad edi-
ficacionem fidei pertineat virginibus
De modo quem ſeruare debet is qui preeſt
ſororibus et maxime circa confeſſionem

Capl̄m xiij Responſio

Et quō ſeruabit pceptū illud apl̄i dicentis: Om̄ia vr̄a honeſte ſcd̄m ordinē fiant Interrogacio

Si conueniet eū qui preeſt · cū eā que ſororib9 preeſt frequēter loqui: et maxime ſi aliqui de fratribus ledunt:

Responſio Apoſtolo dicente: et quid enī libertas mea: iudicet' ab aliena conſciencia: et bonū eſt imitari eū dicētē Quia nō vſus ſū poteſtate mea ne ne offendiculū aliquod darē in euāgelio xpi. Et quātū fieri poteſt · rarius vidēde ſunt: et brevius ē ſermocinacio facienda

Interrogacio

Si oportet cū ſoror aliqua cōfitetur qđcūqz delictū ſuū presbitero: etiā matre monaſterij adeſſe Responſio

Honeſtius michi videtur eſſe · et religioſius: ut per ſeniorē mrē presbiter ſi quid illud videtur ſibi ſtatuat: et modū et temp9 penitencie ſibi imponat ad emēdacionē eius: quā corrigi deſiderat a peccato Interrogacio

Si oportet turpia geſta confiteri uel obſcena uerecundius annūciare oīb9 aut certiſ quibuſlibet a quibuſcūqz

Responſio Confeſſio peccatorū hanc habet racionē: quā habet uuln9 aliqđ corporis uel paſſio · que medico demōſtranda eſt. Si ergo nō oīb9 quis vicia vel vulnera corporis ſui reuelat: ſed his tantūmodo qui ſunt periti: et teſtimoniū habet et cure ac medele diſciplinā: ita cōfeſſio peccatorū fieri debet apud eos tantūmodo: qui curare hanc her preualent: et emēdare ſcd̄m qđ ſcriptū eſt Vos qui fortiores eſtis: infirmitatē infirmorū portate: hoc eſt auferte et exportate per curacionē

Interrogacio

Si ignorāte matre ſeniore: presbiter precipiat aliquid fieri ſororibus: nūqđ recte indignatur mater ſenior

Responſio Etiā recte cui dubiū: quoniā ille male agit Interrogacio

Si poteſt impedire ſancti hominis ſathanas: quia ſcriptū ē Ego quidē paul9 · ſemel et bis impediuit me ſathanas: De impedimentis que nob̄ poteſt demō inferre Capl̄m xiiij

Operū que in domino Responſio geruntur: quedā quidē pposito et iudicio animi efficiuntur: quedā etiā per corpus adimplentur id eſt uel labore uel paciencia corporis Quecūqz igit' in aīe pposito conſiſtūt: hec impedire nullo modo poteſt ſathanas Ea vero que etiā miniſterio corporis adimplentur: frequēter ē permiſſione tamē dei cū impediri poſſint · ad probacionē eius qui impeditur: ut appareat ſi a bono pposito · nequaqz per huiuſmodi impedimēta mutatur Sicut hij qui ſupra petrā ſeminati dicūt' qui primo quidē audientes verbū cū gaudio ſuſceperūt Facta aūt tribulacione uel perſecucione cōtinuo receſſerūt: Sed certe ſi permanerent in bonis: maioribus premijs digni ſunt quaſi qui in certamine vicerit ſicut et ipē ~~frequenter~~ aplus quū frequenter pponiſſet romā pficiſci et phibitū ſe fatetur: tamē nō receſſit a pposito: uſqzquo qđ pponuerat compleret. Sed et ut pacienciā habeat ſicut et ſanct9 iob qui tanta a diabolo paſſus ē: et cogente loqui aliquid impie aduerſ9 deū: in nullo penit9 ſermone ī ſermone quidē regulā pietatis exceſſit ī quo min9 ſentiret contraria de deo: ſicut ſcriptū ē Quia ī his omnib9

nō peccauit iob labiis suis: neqȝ stul-
tū aliquid contra deū locutus est

Interrogatio

Quomodo fit anim⁹ in presenti se-
culo stult⁹ De bona stulticia in hoc
seculo Capl̄m xvii Responsio

Si timeat sententiā dn̄i dicentis
Ve hiis qui prudentes sūt apud se-
metipos: et in cōspectu suo sapiētes
Et imitetur eū qui dixit Ut iumentū
factus sū apud te: et ego semp tecū
Et omnē arrogancia prudencie ab-
iciens. nō prius credat sensib⁹ suis
inesse aliquid boni. quā mandato dei
illuminetur: et intelligat quod est
quod placeat deo: siue in ope siue in
verbo. siue in cogitacione: secundum
qd apostolus dixit Confidenciā aut
talē habem⁹ in xpo ad deū: nō quia
a nobis idonei sum⁹ cogitare aliquid
a nobis quasi a nobis: sed sufficien-
cia nostra ex deo est Cui ē honor et
gloria in secula seculorū Amen

Expliciunt instituta monachorum
Sancti basilii cesariensis episcopi

Hec sunt que a rufino translata in-
ueniuntur Vel pocius que no-
bis in presenciarū huic operi inserē-
da occurrere potuerūt Ceterū que
in suo fonte apud grecos habentur:
multo maiora: multoqȝ exactiori di-
gesta ordīe cōprobantur Que tamē
et ipsa cū aliis eiusdē basilii diuer-
sis tractatib⁹ nostro monacho inter-
prete prope diē e fauente deo latinus
dabitur

Sub regula sancti basilii militāt oēs
monachi orientales siue greci In
occidente etiā sub ipsa fuisse dicūtur
Carmelite et quidē armenii nūn-
pati: qui modo alii sub aliis institu-
cionib⁹: alii sub regula beati augu-
stini degere affirmantur

Incipit epistola Sancti basilij episcopi de forma honeste vite

Basilius Gregorio salute. Agno//
ui litteras tuas: ut qui amicoru̅
filios congenita qua̅ pre se ferunt
parentu̅ simulacione solent recognoscere̅
Nam quod ais: situ̅ quelibet loci atqꝫ
apparatu̅ minꝰ habere momenti qua̅ ut
possit animu̅ tuu̅ ad nobiscu̅ conuenien//
du̅ illicere. priusqua̅ de modo et more
nostro atqꝫ instituto vite aliquid ad//
discas: Fuit ea p̄fecto tua tueqꝫ me̅tis
altitudine digna cogitacio que cuncta
simul presencia ad ea̅ beatitudine̅ que
nobis in p̄missione seruatur conperta
nichil estimat. Ego vero que quide̅ ipe
in hac solitudi̅s extremitate die noctuqꝫ
degens facio: quo minꝰ scriba̅ verecu̅dia
detineor. Nam reliqui equide̅ urbana̅
co̅moracione̅ ut innumerabiliu̅ maloꝝ
causa̅: meip̄m vero nec du̅ relinque̅re potui
Sed eis similis sum qui in mari preuaui//
gacionis imperitia herent semp̲ et fluctu//
ant semp̲: et pereuntibus simillimi sunt
Cum nauis indignater magnitudi̅ tanqꝫ
ingentes illos motus concitauerit: atqꝫ
se inde uel ad lembu̅ uel ad cimba̅ trans//
ferentes vbiqꝫ titubant heret nauseant
Consequitur eni̅ illos vbiqꝫ formido atqꝫ
bilis. Tale quidda̅ et nos patimur quippe
vicia perturbacionesqꝫ familiares circu̅
ferentes in eisde̅ vbiqꝫ turbis atqꝫ tumul//
tibus sumꝰ. Itaqꝫ paru̅ ex ista solitudine
p̄ficimꝰ. Ea tame̅ que ad eius co̅sequenda
vestigia: qui nos ad salute̅ instruxit facie̅//
da erant. Si quis eni̅ inquit vult post
me venire: abneget semetip̄m et sequat̄
me. Hec fere ista sunt. Enitendu̅ in primis
atqꝫ instituendu̅. ut animi quies habeatur
Ut eni̅ oculus qui iugiter circu̅agitur et
nu̅c quide̅ ad transuersa porrigitur nu̅c
vero ad superiora atqꝫ inferiora conuertit̄
quod subiectu̅ est certius intueri no̅ valet
sed affigendus obtutibus est ei quod cer//
nere cupio: si plane atqꝫ penitus inspi//
cere curas. Ita me̅te quoqꝫ ho̅is mille cu//
ris seculi attracta̅ atqꝫ distante̅ i̅possibile
est certius veritate̅. Ceteru̅ eu̅ qui nec
du̅ vinculis co̅iugalibus obstrictus e̅ co̅//
cupiscencie ferventes et effrenati motus
amoresqꝫ quida̅ insani turpesqꝫ sollicitat.
At eu̅ qui ia̅ uxori coniunctus e̅. aliꝰ quida̅
curaru̅ tumulꝰ excipit. Si desint liberi
desideriu̅ suu̅ co̅mouet. Sin vero illi habe//
antur urgent educandoru̅ cure: uxoris
studia. domꝰ diligencia: famulie regime̅
tabularu̅ dispendia: aduersus vicinos
terrores p̲ nephas quesiti: iudicioru̅ con//
tenciones: mercature pericula: agricul//
ture labores. Et ne multa: dies quoqꝫ pro//
prias cure offendit tenebras: noctesqꝫ pre//
terea diurnas assume̅tes curas eisde̅
imaginibꝰ decipiunt me̅te̅. Veru̅ eni̅ hoꝝ
omniu̅ fuga vna est: si quis seculu̅ dere//
liquerit. Nudu̅ vero relinquere vite e̅st
no̅ extra illu̅ corporaliter fieri: sed animu̅
a corporis co̅munione et co̅miseracione se//
iungere: fieriqꝫ sine domo: sine ciuitate
sine sodalicijs: sine predijs sine villis:
sine re p̄pria: sine negocijs. sine substa̅//
cijs. sine co̅mercijs: imperitu̅ humanaꝝ
doctrinaru̅: paratuqꝫ corde suscipere di//
uini magisterij formas. Porro cordis pre//
paracio e̅ doctrinas dedisc̄ere que illud ex
corrupta co̅suetudi̅e prius occupauerat: penitꝰ
dediscere. Ut eni̅ scribere in cera nemo p̄t
nisi prius inductas figuras ante deleuerit:
ita nec ani̅e quide̅ diuini magisterij formas
imprimere quisqꝫ poterit: nisi eas quibꝰ ex
co̅suetudi̅e fuerit imbuta. ex ea prius extir//
pare studuerit. Maxima igit̄ ad hec asse//
quendu̅ co̅moditate̅ nobis solitudo largit̄
que co̅mitigatis atqꝫ consopitis vicia nobis in//
festa: rei ocu̅ aptissimu̅ racione tribuens
ea penitus ex ani̅o rescindendi. Sicut eni̅
fere belue: si prius leniter demulceantur
facile vincuntur: ita co̅cupiscencie et iracundie
et timores et tristicie venenata mala ani//
mi si fuerit delinita per quiete̅: neqꝫ iugi
irritacio̅e concitata i̅ferocia̅: facilꝰ racio̅is
virtute superant̄. Erit igitur locꝰ eiusmoi
qualis et noster est: ei hominu̅ co̅mixtio//
ne segregatus: ne a quoqꝫ extraneo ex//
ercitacio̅s interrupatur assiduitas. Pietas

aut exercitatio diuinis cogitationibus
enutrit animam. Quid igitur beatius atque
felicius quam angelorum choros in terra imi-
tari. Mox quod erumpente luce ad oratio-
nis studium occurrere: hymnisque et canticis
honorare creatorem. Tum vero clarius sole ra-
diante conuersum ad opera: ubique oratione
comitante hymnis quoque tanquam sale condire
ministeria: letum quippe et serenum statum
animi solacia hymnorum largiuntur. Initium
itaque mundationis animi quies est: atque sile-
tium cum neque lingua loquitur humana: neque
oculi colores speciosos corporumque concinni-
tates circumspiciunt: neque auris rigorem ani-
mi soluit audiendis canticis ad voluptatem
factis vel verbis scurrarum ac ridiculorum
hominum: quod unum omnium maxime solet ani-
mi robur dissoluere. Mens enim que nec ad
exteriora diffunditur, nec rursus ad secu-
lum per sensus attrahitur: redit quidem ad seipsam
vero conscendit ad dei speculationem: ac ipsius
interius exteriusque illustrata pulchritudi-
ne: naturam quoque ipsam obliuiscatur: cum
neque alimentorum cura: neque ad indumentorum
sollicitudinem attrahitur: sed ocium a curis
omnibus terrenis ac fragilibus agens: omne studium
suum cunctaque opera ad conquirenda sempiter-
na bona confert sollicita quo nam modo af-
assequatur pudiciciam et fortitudinem: iusticiam
quoque atque sapientiam virtutesque reliquas:
queque his velut principalibus subdistincte
conuenientissime singula vite officia imple-
re suggerunt homini solerti atque studioso.
Maxima vero inueniendi officii via est
perpetua diuinarum scripturarum meditatio.
Denique in his gestorum insignium inueniun-
tur preclara monimenta: viteque beatissi-
morum hominum conscripte traduntur: que velut
imagines quedam animate celestis conuersatio-
nis preposite sunt admirandi. Itaque in quo
se quisque minus habere persenserit: illi
perseueranter incumbere tanquam ex communi-
quadam taberna medicine aptissimum lan-
guori suo reperiet medicamentum: et is quidem

qui amans fuerit pudicitie atque studiosus
sancti ioseph historiam iugiter reuoluens: ab
ipso castitatis actus insignes edocebitur: quem
illum non tantum voluptatibus non indulsisse: verum
virtutum intentissime studuisse comperiet.
Fortitudine quoque atque tollerancia imbuetur
a iob quem quum prior omnibus vita prioresque copie
in contrarium decidissent: effectusque in momento
temporis effectus pauper ex diuite: orbatusque
qui cum liberis fuerat ornatus: non modo idem
perseuerauit qui antea fuerat rigidum
ubique et inflexum seruans animi robur: verum
ne amicis quidem qui ad consolandum vene-
rant insultantibus, et impetum in illum facien-
tibus, atque dolores eius cumulantibus
irritatus est. Rursus perspiciens quispiam quo
nam modo mitis idemque magnanimus fiat
ut ira quidem aduersus peccatum: modestia
vero ad homines vtatur: inueniet dauid for-
tissimum illum quidem: rebusque in bello fortiter
gestis illustrem: mitem vero atque immobilem
in referendo inimicis talionem. Huiusmodi
quoque moyses ille fuisse perhibetur: qui furo-
re quidem ingenti aduersus eos qui in deum
peccauerunt concitatus est: clementi tamen
atque tranquillo animo conuicia in se atque ma-
ledicta sustinuit. Prorsus autem ut pictores
industrii quum ex imaginibus imagines
ad unguem (ut dicitur) exprimere nituntur
frequenter ad exemplar aspiciunt liniamenta
ex illo omnia ad suam artem suo opere transfer-
re molientes: Ita ei qui se cupit esse
omnibus partibus virtutis ornatum atque perfectum
tanquam ad statuas quasdam animatas
ac mobiles iugiter in sanctorum vitas et mo-
res intendendum est: illorumque probos actus
sibi consciscendum per imitationis studium.
Oratio preterea lectioni succedens paratiorem
atque vegetiorem animum assumit insigni
quadam in deum affectione commotum. Porro
illa erat optima oratio que certam speciemque
dei considerationem anime imprimit. Hecque
dei inhabitatio esse dicitur: assidua

memoria deū in ſemetipo ſuſcipere
atqꝫ cõplecti: Ita efficitur templū dei
quū nec terrenis curis aſſiduitas diui/
ne recordacionis interrumpitur: neqꝫ reuerſis
repentinis atqꝫ inſpiratis animi ꝑturba/
cionibꝯ euagatur. Ceterū is qui dei ami/
cicia et familiaritate dignatur: oīa pror/
ſus effugiens ad deū ſolū proficiſcitur. Paſ/
ſiones oēs que ſe ad intẽperanciã hortant
a ſe penitꝯ abiciens: cuiuſqꝫ ſtudijs iugiť
incūbens: que ad virtutē ducunt. Danda
quoqꝫ in ꝓximis opera. diſcꝫ adhibenda
racio circa ſermonis ac locucionis vſū:
ut is nõ ſit imperitus. Verū īterroga/
dū qḋ abſqꝫ contencionis ſtudio: reſpõden/
dū vero ſine iactancie vicio. nõ illi inter
loquẽdo qui vtile aliquid exponit: neqꝫ
oſtentandi ſtudio nr̄a ingerere cupiẽdo
Itaqꝫ dicendi atqꝫ audiendi norma ſta/
tuenda: diſcendū ꝓterea ſine rubore ve/
recundie docendūqꝫ ſine inuidia. Neqꝫ
vero ſi quid forte ab alio didicimꝯ occul/
tandū ut faciūt praue et inepte muli/
eres que notha ſubijciunt: ſed fate/
dū ingenue et grate ꝓdicandū patrem
verbi. Modꝯ quoqꝫ vocis mediꝯ ꝓferendꝯ
atqꝫ honorandꝯ, ut neqꝫ in tenuitate au/
res effugiat, neqꝫ rurſus intenſa mag/
nitudīe grauis atqꝫ moleſtus fiat. Tu
vero demū ſermo ꝓferendus ē quū qḋ
intra ſemetipm̄ quid dicendū ē exami/
nauerit. Iucundū ꝓterea atqꝫ blandū in cõ/
gregacionibꝯ eſſe conuenit. dulcemqꝫ ī eloq/
quijs: nõ de ſcurrarū iocis feſtiuitate cu/
capiēte: ſed per grata exhortacione pla/
cidū ſeipm̄ ac lene exhibendū aſperitateqꝫ
vbiqꝫ eciã ſi increpandū fuerit repudia/
tem. Tunc enĩ iſte facilius audiet. cui e/
emẽdacione opus eſt: ſi te ꝓ humilitatis
ſtudiū deieceris. Perſepe vero nobis vtilis
erit ꝓphetice increpacionis modus: qui da/
uid regi. quū ille peccaſſet nõ a ſeipſo ter/
minū danacionis induxit: verū alterius
ſubmiſſione ꝑſone vtens: illū ipſū reatꝯ
ſui iudicē ſtatuit ut quū is aduerſus

ſemetipm̄ ſentenciã tuliſſet. iã haberet
vñ ſuccenſeret arguenti. Cū uero humi/
lem et abiectū animū ſequi debet aſpec/
tus grauis atqꝫ humi depreſſus corporis
habitus: veſtis ſordida. coma neglecta:
ut que dedita opera faciūt hi q' lugent:
ea oīa nos ſponte ꝓferamꝯ. Tunica
ipã cingulo ſit aſtricta corpori. Erit
aut̄ is cingendꝯ modꝯ ut nõ ſupra lu/
bos et latera cingamꝯ qḋ eſſet ꝑfecto
muliebre: neqꝫ rurſū ita ſinuate et
molliter ut veſtis defluat qḋ et ipm̄
laſciuiã arguet. Sed et inceſſus ipſe
neqꝫ tardus ſit: ut diſſolutū animū
accuſet: neqꝫ rurſū elatus et vehemens:
ut feroces animi motꝯ inſinuet. Veſtis
aut̄ vna intencio vna eſſe debet: ut
ſit operimentū carnis hyeme eſtateqꝫ
ſufficiens: neqꝫ vero in colore flos neqꝫ
in ꝑparacione tenuitas atqꝫ mollicies
diligenda: neqꝫ in veſte decoros colores
attendere. Par eſſe videtur cõpoſicioni
muliebri. quã illi curant ſtudet genas
crineſqꝫ ſuos alieno inficientes flore. Quin
ea debet eſſe groſſitudīe tunica: ut ad
calefaciendū forte nõ indigeat. Calcia/
mentū vero ita vile ſit. ut tantū neceſſi/
tate ſuppleat. Prorſus aut̄ ut ī veſtitu
ita et in cibo neceſſitati conſulendū ſit.
Panis enĩ ſatiſfaciat neceſſitati: et aqua
eius quidē qui ſanꝯ eſt ſiti moderabitur:
q̃qꝫ ꝓterea exoleribꝯ et leguminibꝯ pul/
menta vires corpori ad neceſſarias obeū/
das vtilitates ꝯſeruare poterunt. Ita
vero comedendū: ut ardens ī nobis nõ
appareat ingluuies: verū vbiqꝫ graui/
tas ac modeſtia et circa voluptates cõ/
tinencia ſeruetur: ne tunc quidē animꝯ
nr̄ a dei cogitacione vacare debet.
Verū ex ipſa ciborū natura ſumens cor/
poris officio occaſionē ſumē dandi deo
gloriã: ut varie ciborū ſpecies ſalubri/
tati ꝓprietati qꝫ corporū conuenientes abeo
qui cuncta ſapienſſiē diſpẽſat exogi/
tate ſint. Oraciones ante cibū fiant dei

muneribꝰ digne quibus nūc tribuit et que in futurū ſeruauit. Oraciones iſte poſt cibū faciende q̄ et pro exhibitis gratias referant et ea q̄ promiſſa ſūt petat. Hora vna ſumendo cibo cōſtituta: eadē per anni ambitū ſemp occurrat: ut per viginti quatuor horas quibꝰ diei curſꝰ noctiſque cursus cōſtituitur vna iſtarū deputata ſit corpori reliquas oēs in animi exercitacione cōſūmere monachꝰ debebit. Boni preterea leues cibi quibꝰ corrigatur facile: naturaliter ſequentes ſobrietate cibi: qui frequenter cum induſtria cogitacionibꝰ et maginarū rerū curis interrūpat. Nā altiſſimo ſopore deprimi ſolutis mēbris ut detur ociū iniquis imaginibꝰ: pateatque illis aditus ad illudendū animā: ita dormientes morti facit additos. Ceterū quod alijs mortalibꝰ aurora eſt: hoc erit medie noctis tempꝰ his qui ad pietatis ſtudiū exerceri pergūt quum precipue ſingulare ociū anime nocturna quies atque ſilenciū pariat: quando nec oculi nec aures aliquē aut auditū neque ad cor aſciſcunt. Sed mens ſola in ſe ipſa deo iugiter aſſiſtens compungit ſeipā de excorū recordatione que ante peccauit. Normā vero ſibi ſtatuit ad euitandū malū: inquiritque cū gemitu et lachrimis diuinū adiutoriū ad ea perficienda que ſtudioſe proponit. Vale

Sancti gregorij nazianzeni theologi in ſanctū baſilium

Mariæmünster
Monasterium ord. S. Benedicti

Carmē epitymbidion

Alta regens deus eſt vnus; Te noſtra videbant
O baſili ſolū tempora pontificem
Preclarū fidei teſtem: lucemque micantem
Chriſticolis: anime dotibus eximia
Cappadocū: pontique decus ſublime: precor te — Eiusdem
Nūc quoque pro mūdo porrige vota deo — ut ſupra
Viuebas minimū mūdo: nāque omnia chriſto
Obtuleras animā corpora verba manus
Gloria magna dei baſili: tu petra ſacrati — In eūdē
Ordinis: et fidei nūc mage multifide
Ceſare baſili clariſſime gloria grandis
Sermo tuus fulmē: vitaque fulgur habet
Attamē ex ſacra ceſſiſti ſede: volebat
Te deus ac tutū iungere celicolis

Traſlata p monachū brixianū cōgregacionis ſāe iuſtine ordinis ſancti benedicti de obſeruātia In eiuſdē diue virginis ac martiris iuſtine coenobio. Deo aūt gratias

5 7 indus:
17 6 shoph.
24 collar:
7 6 par: tibialia linea.
3 par: nigra tibial.